

# THESES



I.

Ex locythis Atticis, quae vitam cotidianam exhibent, antiquiores in usum cotidianum fictae sunt; postea demum in funeribus sunt adhibitae.

II.

Vox *σπάργων* aurea litterarum Graecarum aetate *pannos* significat, non ligamina.

III.

In Lenaeo Atheniensi antiquis temporibus tripodes collocati erant a victoribus consecrati.

IV.

Puellae in anaglypho Berolinensi (Beschreibung der antiken Skulpturen, Berlin no. 945) ludum agunt, qui *micare digitis* dicitur.

V.

Veteres in precando deos superos manus supinas habebant, nec tamen semper alte elatas (cf. Aristoph. Eccl. 783).

VI.

li, qui tibiarnum artem inde a saeculo V medio Athenis despectui fuisse dicunt, non vulgatam sententiam exprimunt, sed philosophorum opinionem.

VII.

Materia tragoediae Graecae arctis terminis restricta tragicorum arti nocuit.

VIII.

Fragmentum vasis, quod figuratum est Journal of Hellenic Studies 1905 tab. 6,5 (cf. descriptio in hac dissertatione pag. 91), docet, hymnos apud antiquos Graecos tibia comitante cantatos esse.

IX.

Versus, qui dimetri et tetrametri iambici catalectici vulgo dicuntur, syncopen non catalexin passi sunt.

X.

Soph. Trach. 308 *φύσις*; significat familiam, originem.

XI.

Euripidis Ionis versus 1424

*ἴδοι'.*

*τὸδ' ἐστ' ὕψισμα θεσφαθ' ὦ; εὐρίσσομεν.*

a viris doctis variis coniecturis vexatus sanus est.

## XII.

Anthol. Palat. VI 280:

Τιμαρέτα πρὸ γάμοιο τὰ τίμπανα τὰν τ' ἐρατεινῶν  
σφίρακιν τὸν τε κόμην; ῥύτορα κεκρύφλλον  
τὰ; τε κόμην; Λιμνῶτι, κόρη κόρη, ὡ; ἐπεικέ;,  
ἄνθετο καὶ τὰ κορῶν ἐνδυματ' Ἀρτέμιδι. (etc.)

Salmasii coniectura κόμην;, quae ab editoribus vulgo recepta est pro  
κόμην; versu 3, reicienda est.

## XIII.

Cic. pro Milone 18,47 interpungendum est:

Iacent suis testibus hi; qui negant . . . .

## XIV.

Catulli Carm. 45 vs. 8 et 17: „sinistra ut ante” significat „quamquam  
antea sinistra sternuerat”.

## XV.

Catulli Carm. 51 vs. 8 suadeo ut hoc modo restituatur:

nam simul te,  
Lesbia, aspexi, nihil est super mi  
*Vocis inertis.*

## XVI.

Horatii Sat. I. 3 partes sic distribuendas esse conicio:

vs. 1—20 Stoicus loquitur,

vs. 21 usque ad finem Horatius; qui inde a versu 29 usque ad versum  
32 medium verba Stoici laudat.

## XVII.

Propertii Carm. II 34 vs. 83 sq. lege:

Nec minor his animis aut, si minor, ore canorus

Anseris indocto carmine cessit olor.

*His animis* significat carmina bucolica Vergilii.

## XVIII.

Ovidii Metam. IV 131 sq. lege:

Utque locum et *nota* cognoscit in arbore formam,

sic facit incertam pomi color.

## XIX.

Opus historicum, res Graecas continens, cuius fragmenta extant in papyris (Grenfell and Hunt, The Oxyrhynchus Papyri V no. 842), maiore fide dignum esse videtur, quatenus ex eis fragmentis iudicare licet, quam Xenophontis Hellenica.

XX.

Iniuria statuitur a quibusdam viris doctis statum familiae civium Atheniensium, qui infantes in phratrias recepti essent, iterum examinandum fuisse in phratriis, cum ephebi facti essent.

XXI.

Viri illustres Romani olim habuerunt vestimenta ornamentis atque colore insignia, quae gestare non amplius eis licuit post reges exactos, vigescente odio adversus Etruscos atque tyrannos.

XXII.

Ante annum 63 a. Chr. licuit eis, qui magistratum Romanum peterent, absentibus petere, cum lex nondum facta esset, qua candidati ante comitia et ad comitia adesse iuberentur.

XXIII.

*Αὐτὸν παῖς ἐστὶ παῖζων πεσσεύων· παιδὸς ἢ βασιλῆος.*

Non recte ex hoc fragmento Heracliti (Byw. 79 Diels 52) viri docti effecerunt philosophum teleologiam, quam dicimus, oppugnare.

---



DE VITA ATQUE CULTU PUERORUM  
MONUMENTIS ANTIQUIS EXPLANATO



1

# DE VITA ATQUE CULTU PUERORUM MONUMENTIS ANTIQUIS EXPLANATO

DISSERTATIO INAUGURALIS, QUAM EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI H. T. KARSTEN, LITT. HUM. DOCT. ET IN FAC. LITT. PROF. ORD., NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI SUBMITTET GERARDUS VAN HOORN AMSTELODAMENSIS DIE VI MENSIS IULII ANNI MCMIX HORA III.



AMSTELODAMI IN AEDIBUS J. H. DE BUSSY ANNO MCMIX



PARENTIBUS



*Praeceptoribus clarissimis gratias acturus comperio verba frigidiora quid sentiam exprimere non posse.*

*Certe facere non possum, quin grato animo commemorem nunquam vos, viri clarissimi KARSTEN, KUIPER, VALETON, beneficia vestra in me conferre desuisse.*

*Memoriam vestram, BELLAAR SPRUYT, VAN MELLE pie colam.*

*Vestra quoque lectiones me audisse semper grato recordabor animo, viri clarissimi VAN DEN ES, J. HUIZINGA, KERNKAMP, VOGELSANG, viri doctissimi BECK, GUNNING, nec non eorum, qui Bonnae me docuerunt viri clarissimi BÜLBRING, CLEMEN, MARX, FIRMENICH-RICHARTZ.*

*Tu vero, vir clarissime LOESCHCKE, me peregrinum non solum benigne in seminarium tuum archaeologicum recepisti, sed, ut est liberalitas tua, nunquam studiosum, quidquid quaerebat, re infecta remisisti.*

*Quod tu, promotor aestumatissime, vir clarissime SIX, materiam, quae tibi ipsi iam dudum cordi erat, tractandam et elaborandam mihi concessisti, id multum gavisus sum: quantum deinde mihi faveris tam scientia quam benevolentia tua, quoties rectam viam monstraris, nova et ignota mihi attuleris, quasi ipse laboris esses particeps, — ea omnia referre nequeo, gratias ago.*

*In conscribendo hoc opusculo saepius haesissem, nisi multorum ex iis, qui bibliothecis et thesauris praefecti sunt, magna benignitate usus essem: praesertim in libello imaginibus ornando vix quidquam profecissem, nisi alii permisissent ut publici iuris facerem monumenta, alii imagines mihi misissent; gratias vobis ago, viri clarissimi Holoerda, Kekule von Stradonitz, Loeschke, viri doctissimi Altmann, Boeser, Nogara, Robinson, Zahn, ornatissima G. Richter.*

*Iis qui praefecti sunt libello menstruo, qui inscribitur Het Huis oud en nieuw, gratias ago quod mihi permiserunt, ut imagines imprimendas curarem.*

*Benevolentia tua me devinxisti, vir doctissime Beck, qui schedas libelli, cum imprimebatur, identidem inspecisti et, quantum per terminos a me constitutos fieri licebat, multifariam emendasti.*

## CONSPECTUS.

	Pag.
CAPUT I. DE INFANTE. . . . .	1
De ortu. . . . .	1
De primis diebus. . . . .	2
De <i>σπαρτζουσι;</i> et fasciis. . . . .	6
De pileo, cucullo, similibus . . . . .	16
De cunis . . . . .	17
De amuleto . . . . .	22
De vasculo, quo infantes lacte aluntur . . . . .	25
De crepitaculo . . . . .	26
Infans de loco se movet . . . . .	28
De sella. . . . .	30
De cubiculo infantili in monumentis figurato et de monumentis, quae olim cubiculum ornaverunt . . . . .	30
CAPUT II. DE HABITU PUELLI . . . . .	38
De coma . . . . .	38
De vitta . . . . .	52
De vestitu . . . . .	54
De cingulo decussatim vineto . . . . .	57
CAPUT III. DE LUDIS . . . . .	60
De pila . . . . .	61
De talis. . . . .	64
De turbine et rhombo . . . . .	68
De trocho . . . . .	72
De rota et plostello . . . . .	74

	Pag.
„Equitare in harundine longa” . . . . .	76
De instrumento volatili . . . . .	76
De oscillatione . . . . .	76
De pupa . . . . .	77
De micando digitis . . . . .	80
De variis . . . . .	80
CAPUT IV. DE VITA PUERILI . . . . .	82
De sacris . . . . .	82
De Choibus . . . . .	83
De ludo literario . . . . .	90
De iconographia puerili . . . . .	92
De morbo et morte . . . . .	93
De pubertate et adolescentia ineunte . . . . .	97



BREVIATA SUNT IIAEC:

Ann.	= Annali dell' Instituto di corr. archeologica.
Ant. Denkm.	= Antike Denkmäler deutsch. Institut.
Anz.	= Anzeiger, vide Archaeol. Zeitung aut Jahrb.
Ath. Mitt.	= Athenische Mittheilungen.
Att. Gr.	= Attische Grabreliefs, ed. Conze etc.
B. C. H.	= Bulletin de Correspondance hellénique.
Baum.	= A. Baumeister, Denkmaler des klass. Altertums.
Beck.	= Wilh. A. Becker, Charikles (ed. III Goll).
Becq	= L. Becq de Fouquières, Les jeux des anciens ed. II Paris '73.
Böndd. Gr. V.	= O. Bönddorf, Griech. u. sicil. Vasenbilder.
Berl. Sk.	= Beschreibung der antiken Skulpturen, Berlin.
Berl. V.	= A. Furtwangler, Beschreibung der Vasensamml., Berlin.
Br.	= Brunn-Bruckmann, Denkm. gr. u. röm. Skulptur.
C. R.	= Comptes-rendu de la commission archéol. St. Pétersbourg.
Collignon	= Catalogue des vases, Athènes (ed. II Couve).
Dar.-Sgl.	= Daremberg et Saglio, Dictionnaire des antiquités.
Élite	= Ch. Lenormant et J. de Witte, Élite monum. céramogr.
Ἐφ. ἀρχ.	= Ἐφημερίς ἀρχαιολογική.
F.-R.	= Furtwangler und Reichhold, Griech. Vasenmalerei.
F.-W.	= Friederichs-Wolters, Gipsabgüsse antiker Bildwerke.
Gaz. Arch.	= Gazette Archéologique.
Gerh. A. B. A. V.	= Ed. Gerhard, Antike Bildw. Auserlesene Vasenbilder.
Girard	= Paul Girard, L'éducation athénienne '89.
Grasb.	= L. Grasberger, Erzieh. u. Unterricht im klass. Altert.
Gruppe	= O. Gruppe, Gr. Myth. u. Relig. (Handbuch V 2).
H.-Bl.	= K. Fr. Hermann, Gr. Privataltertümer, ed. III Blümner.
Hartwig	= P. Hartwig, Meisterschalen.
Heubach	= D. Heubach, Das Kind in der griech. Kunst Diss. Heidelb. '03.
Heyd. Gr. V.	= H. Heydeman, Griechische Vasenbilder.
Hock	= Georg Hock, Griechische Weihegebräuche, '05.
Jahrb.	= Jahrbuch des kais. deutsch. archaeol. Instituts.
J. H. S.	= Journal Hellenic Studies.
Marquardt	= J. Marquardt, Privatleben der Römer, ed. I.
Mon.	= Monumenti inediti dell' Instituto.
Myrina	= E. Pottier et S. Reinach, La nécropole de Myrina.
Ploss	= H. Ploss, Das kleine Kind vom Tragbett bis zum ersten Schritt.
Röm. Mitt.	= Römische Mittheilungen.
Roscher	= Lexikon der gr. u. röm. Mythologie.
Schom.-Lips.	= Schöman, Griech. Altertümer, ed. IV Lipsius.
Schreiber	= Th. Schreiber, Kulturhistor. Bilderatlas.
Stack.	= O. M. von Stackelberg, Gräber der Hellenen.
Winter, Typen	= Fr. Winter, Typen der figuralen Terrakotten.

## CAPUT I.

### De infante.

#### De ortu.

Ab ovo principium facere licet artificibus Graecis, qui vitam infantis effingunt: mythologia praebet materiam in fabula de Ladae liberis <sup>1)</sup>, nec minus comoedia, in ridiculum eam detorqueus, velut partus conspicitur artificiosus in vase eius generis, quo phlyaces illustrantur <sup>2)</sup>: ex ovo permagno, quod bipenni scissum est, prodit Helena infans; simili munere fungitur bipennis in partu Athenae. Propius ad vitam humanam accedit imago Bacchi nascentis in fragmento vasis figuris rubris ornati <sup>3)</sup>: infantis pars maior eminet e femore Iovis quod cruore conspersum est; attendendum est ad pannum quem Ilithyia (?) ad infantem suscipiendum paratum habet <sup>4)</sup>: similis pannus saepius conspicitur in imaginibus ortus Erichthonii, quem e terra emergens Ge porrigit <sup>5)</sup>: videtur perpetuum argumentum fuisse in figurando partu <sup>6)</sup>: eius memoriam certe servavit sculptor, qui Venerem nascentem figuravit in solio, quod cognomine Ludovisi indicari solet <sup>7)</sup>.

1) Cf. Roscher s. v. Helena col. 1955; Berl. Vas. 2430.

2) Publicatum est a Kekule von Stradonitz. Sitzungsber. Berl. Akad. 1908 tab. 8.

3) Est in Museo academico Bonnensi; publicabitur in American Journal of Archaeology.

4) Cf. similis imago, quam describit Heyd. X Hall. Winck. Progr. '85 p. 14. Pro panno pellem pantherinam expansam habet Mercurius, qui Ilithyiae vice fungitur in anaglypho Vaticani, Visconti Museo Pio Clementino IV tab. 19. cf. Heyd. l.c. p. 16.

5) Mon. III 30; Jahrb. XI pag. 189 fig. 33a; Gerh. A. V. tab. 151.

6) Soranus p. 241 (ed. Rose) expresse praescribit, ut obstetrix panno (σζζζς) suscipiat infantem.

7) Cf. Ant. Denkm. II tab. 6, Rom. Mitt. '92 p. 49; Petersen monet hunc pannum argumento mutato in arte recentiore vestimentum factum esse. confert Gaz. Arch. '79 t. 19.

E vita proprie humana huc nullum pertinet monumentum, nisi anaglyphum ex sacello Veneris Golgi in insula Cypro. exhibens puerperam in sella (*μυλιωτιζὸς δίσκος?*<sup>1)</sup>, infantem, obstetricem, nutricem<sup>2)</sup>; cf. stela Pagasis eruta, variis coloribus picta: puerpera mortua esse videtur (EΦ. ἀρχ. '08 t. 1).

### De primis diebus.

Primo vagitu ab infante recens nato edito, ante omnia lavatione opus esse per se intellegitur; accedit quod in Graecia antiqua, sicut in omnibus fere rebus, hic quoque valebat religio; etenim quamvis procreationem sanctam esse iudicarent, — ut ostendit cultus deorum qui fertilitati favent, — tamen facere non poterant, quin puerperium ipsum pro impuro haberent, quod lustratione egeret. Neque tam saepe primae illius lavationis mentionem fecissent Graeci, nisi religionis causa instituissent. Verba, quibus haec caerimonia hic illic indicatur, *ζύτλζ*, *ζύτλωσι* sunt; ad ea explicanda solent laudare Galenum, Hesychium, alios<sup>3)</sup>, qui docent *ζύτλω* esse oleum mixtum aqua; sunt qui contendant oleum valde aptum esse, quia vim habeat lustrandi<sup>4)</sup>. Monendum videtur locos, quibus *ζύτλω* infantium memorantur, omnes apud poetas esse; poetae autem hoc verbum usurpare solent ad quodvis genus lavationis indicandum, etiamsi nullum oleum admisceri potest, velut in fluminibus. Fortasse certius argumentum ex eo sumitur, quod etiam hodie ars obstetricia, nulli profecto superstitioni obnoxia, praescribit, ut infans recens natus oleo totus illinatur; quo facto cruor et sordes facilius detergantur. Verisimile est antiquas quoque gentes, soli utilitati obtemperantes, idem fecisse; quod postea demum, sicut saepe factum est, inter ritus solennes susceptum est.

Monumenta, quae exhibent infantes qui lavantur, non omnia primam illam solemnem lustrationem spectant. Etiam ii artifices, qui conspectum vitae

1) Soranus p. 239 (ed. Rose).

2) Mémoires Acad. St. Pétersb. VI<sup>e</sup> série, tome 19 '73 no. 4 tab. VI, 1; cf. H.-Bl. pag. 280 adn. 3; Jahresbericht (Bursian) '79 XIX. pag. 282. De parturientibus figuratis cf. Athen. Mitt. X '85 p. 177 tab. 6; EΦ. ἀρχ. '92 p. 225 tab. 8 et 9.

3) H.-Bl. p. 281, adn. 2.

4) Hock, pag. 110 adn. 1.

hominis serie imaginum continua dederunt, velut in sarcophagis, infantes in lavacro potissimum sculpsērunt<sup>1)</sup>; sculptor sarcophagi, in quo Bacchi pueritia figurata est, secum reputans aquam frigidam corpori tenero nocere, vapore e lavacro surgente ostendit, quanta diligentia deus a nymphis educetur<sup>2)</sup>. Primam post partum lavationem exhibet pictura in Thermis Titi<sup>3)</sup>: puerpera in lecto recubans huic explicationi favet<sup>4)</sup>; attendendum videtur ad amphoram, quae iuxta posita est<sup>5)</sup>; cum qua conferatur vas, quod in usum Athenae *κουρροφόρον* paratum est in speculo Etrusco<sup>6)</sup>; forma eius subsimilis est loutrophoro atticae<sup>7)</sup>, quamvis haec gracilior sit; ea hauriebatur aqua ad solemnes lavationes (ante nuptias, post mortem), quidni infantis quoque?

Proximis diebus alia solemnia instituebantur. Quinto die infans circum focum domesticum ferebatur currendo — *ἀμφιδρόμια* dicebatur caerimonia —, propinqui et amici cupedias miserant parentibus sive ipsi afferentes venerant; infantem primum palam in familiam suscipiebant, donis donabant; cum autem epulae paratae essent, omnibus causa erat gaudendi homunculum natum esse.

De vera indole huius caerimoniae variae proferuntur opiniones<sup>8)</sup>: sunt qui *ἀμφιδρόμια* lustrationis causa acta esse putent, cum monent ignem, circum quem infantem ferri vidimus, purgandi vim habere; idem sibi velle dicunt alium ritum, quo corona oleae suspendebatur in ostio domus, cum puer natus

<sup>1)</sup> Cf. Raoul Rochette, Mon. inédits, tab. 77, 1 = Dar.-Sgl. s. v. Educatio fig. 2608; Raoul Roch. ibid. tab. 77, 2; Schreiber, tab. 82, 5.

<sup>2)</sup> Cf. Winckelmann Mon. ined. tab. 52; alia exempla similia enumerat Heydem. 10. Hall. Winck. Progr. p. 48 adn. 199; cf. Schöne, Gr. Reliefs tab. 149, in fragmento eburneo.

<sup>3)</sup> Dar.-Sgl. s. v. Alvens fig. 241 = Schreiber tab. 82, 3.

<sup>4)</sup> Cf. alveolus sub lecto Semelae morientis in compluribus sarcophagis (Heyd. op. cit. p. 9 et 10) et in anaglypho eburneo, Arch. Zeit '46, tab. 38.

<sup>5)</sup> In sarcophago Mon. I 45 A etiam vas conspicitur ad aquam fundendam.

<sup>6)</sup> Gerh. Etrusk. Sp. I tab. 166.

<sup>7)</sup> Cf. Dar.-Sgl. s. v. Loutrophoros.

<sup>8)</sup> Pauly-Wissowa et Dar.-Sgl. s. v. Amphidromia; H.-Bl. p. 281; Schömann-Lipsius II p. 590; Vürtheim Mnemosyne 1906; Gruppe p. 1423; Hock pag. 110.

erat, lana, cum puella<sup>1)</sup>; alii utrumque ritum consecrationem infantis spectare putant; e verbis Platonis<sup>2)</sup> efficitur patrem, cum amphidromia agat, iam palam suscipere infantem, quem ei exponere licuisset, iure Indo-germanico<sup>3)</sup>; nonnulli ad hanc caerimoniam referunt, quae de vanno traduntur: infantes recens natos in ea positos esse<sup>4)</sup> sive ut lustrarentur, sicut segetes vanno purgantur: sive ut crescerent et florerent<sup>5)</sup> favore numinum fertilitatis, quae in vanno morantur. In tanta varietate testimoniorum vix verum cognoscere licet; immo cavendum est, ne una formula requiratur in rebus mutationibus obnoxiiis, ut fieri solet in moribus a patribus liberis traditis.

Unicum monumentum, quo amphidromia repraesentari volunt, non currentes praebet figuras, sed saltantes<sup>6)</sup>; rectius ad Bacchum, qui *λιζιότης* dicitur, refertur (de quo vid. infra p. 18 adn. 4) <sup>7)</sup>.

Iis, quae de quinto die tradita sunt, similia sunt, qua de decimo die narrantur, quo nomen infanti datur; sacra faciebant, epulas denuo instituebant; non mirum utriusque diei solemnia nonnumquam uno solo die acta esse, septimo fortasse vel potius decimo; omnia autem uno verbo *γενέθλια* nominantur. Haec proprie die ipso, quo infans natus erat, celebrari debebant<sup>8)</sup>; sic intelle-

1) Cf. Eur. Ion vs. 1433. Diels, Sybillinische Blätter p. 122.

2) Theaet. p. 160e.

3) Quod ins viginis in Graecia; cf. Dar. Sgl. s. v. Expositio; comoediae materiam argumentorum praebet, cf. fig. nostra 6. Ad demonstrandum quam parvi vita humana apud antiquos aestimaretur, inscriptionem exscripsimus Delphis repertam, qua ancillae Diocleae, cui post mortem domini libertas dabitur, hoc conceditur: *Εἰ δέ τι γέννητο ἐκ Διοκλεῆος τέκνον ἐν τῷ τῶς παραμυῶς χρόνῳ, εἴ κα μὲν θείῃ ἀποπνίξαι Διοκλεῆα ἐξουσίαν ἔχεται* etc. Talia inscripta extabant in ipsius Apollinis sacro! (Descriptionem citavimus ex O. Fritsch, Delphi. Gütersloh 1908.)

4) Qui mos hodie in Aegypto observatur, cf. Mannhardt, Mythologische Forschungen, capite VI: Kind und Korn; Ploss, Das Kind in Brauch und Sitte der Völker I p. 110 et 248.

5) Schol. Arat. vs. 268 εἰς σὺμβολὸν εἰτροφίας; Schol. Callim. Hymn. in Iovem vs. 48 πλοῦτον καὶ καρποῦς εὐνοιοῦμενοι.


6) Dar Sgl. s. v. Amphidromia fig. 267.

7) Amphidromia, quae non infantis gratia aguntur, memorantur Ath. Mitt. 1907, pag. 81.

8) Hesych. s. v. γενέθλια τὰ ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ δῶρα, καὶ ἡ εὐνοχία. Cf. Gnil-Schmidt, De die natali apud veteres celebrato quaestiones selectae. Diss. Giss. '05.

genda sunt *γενέθλια* Aphroditae<sup>1)</sup>; vulgo puerperae gratia in quintum vel decimum diem dilata sunt.

Praeterea *γενέθλια* indicant dona, quae partim infanti, partim matri donabantur; (matrem munera auferre queritur servus quidam in Terentii Phormione, (vs. 47), cuius fabulae argumentum ex Apollodori Epidicazomeno repetitum est). Conicere licet vasa quaedam elegantissima,



1

quae nemini aptius dari poterant quam matri, huius moris memoriam servare: sunt autem lecythi, cylices, pyxides formis concinnis, coloribus variis, iisque suavissimis, figuris e vita infantili sumptis. Exempli causa hic duo cylices sunt figurati, alter flavo-fere candido-colore (fig. 1; imago interior infra melius conspicitur fig. 9<sup>2)</sup>), alter solita ratione figuris rubris ornatus (fig. 2<sup>3)</sup>); plura exempla tractata sunt infra p. 36. Dona, quae *γενέθλια* vocabantur, etiam *ἐπιτήρια* dicebantur<sup>4)</sup>; multo post quam nata est, iam tertium quidem annum agens, Diana, cum Vulcano primum ostenditur, *ἐπιτήρια* adipiscitur<sup>5)</sup>; etiam matri dari possunt *ἐπιτήρια*<sup>6)</sup>, velut Veneri cum Amorem filium Vulcano ostendit<sup>7)</sup>.

Diem natalem anniversaria celebratione observatum esse Romae quidem constat; quod ad Graeciam attinet, pro certo probari non potest, tamen veri est simile<sup>8)</sup>. Inter dona, quae pueris natali die dari solebant, bulla memoratur<sup>9)</sup>;

1) Plato Sympos. p. 203 B.

2) Fröhner, Collection van Branteghem 163.

3) Romae emptus, hodie est in Antiquario Berolinensi. Inv. 4282; operarii errore factum est, ut ansae in figura nostra non conspiciantur. Veniam publicandi debeo benignitati v. cl. Kekule von Stradonitz.

4) Schol. Aeschyl. Eumenid. vs. 7 *γενέθλιον ὁσίου ἀπὸ τῶν ἐπιτήριων*.

5) Callimach. Hymn. in Dianam vs. 74.

6) Non confundenda sunt cum alio genere *ἐπιτήριων*, quae novae nuptiae dantur in convivio, quo celebrantur nuptiae, cf. Jahrb. XV p. 148.

7) Nonnus Dionys. V 139.

8) Schmidt, Diss. cit. p. 8; H.-Bl. p. 285; cf. papyri Oxyrhynchi erutae

9) Plaut. Rudens vs. 1171.

fortasse iam cum prima *γενέθλια* celebrabantur, talia amuleta afferebant propinqui, nam quo iuniores sunt infantes, eo magis haec iis opus sunt. Dicas fig. 29 (dextr.) repraesentare puerum diem natalem celebrantem, nisi oenochoae aliud doceant (vid. infra pag. 83).

Sed gaudio nimis indulgemus: infans recens natus cura indiget diligentissima, molli et mundo tegimento ei opus est: ad *σπάργαλα* igitur descendendum.

### De *σπαργάλαις* et fasciis <sup>1)</sup>.

*Σπάργαλα* qui Latine vertens *fasciis* dicit viam errori obnoxiam ingreditur: nam cum fasciae vincula sive ligamina sint, longissimae saepe, sed vix palmo latiores, prima significatio vocis *σπάργαλον* pampus est. Exempla haec sunt: Hymn. Homer. in Apollinem vs. 121: *θεοί... σπάρξαν δ' ἐν φαρῆϊ λευκῇ, λεπτῇ, νηγατέρι· πέρι δέ χρύσεον σπρόφον ἔχον*. *Σπαργίονων* munere *Φάρης* fungitur: quod circumdatur vinculo, voce *σπρόφον* separatim indicato. Nihil aliud quam pampus esse potest *σπάργαλον* (singulari numero), quod Mercurius *ἔρχεν ἐπ' ἀλένη, οὐδ' ἀπέβουλεν* <sup>2)</sup>: eadem disputatio valet de Pindar. Nem. I 38 *κρυκιστὸν σπάργαλον ἐγκατέβη*; Pindar. fragm. ed. Bö. 205 = Bg. 175: *ἐνᾶσθην ἀγαπατὸς ὑπὸ σπαργάλαις*. Splendidi vestimenti instar sunt <sup>3)</sup> ea quae describit Pindar. Pyth. IV 111 *σπαργίονις ἐν πορφύρεϊς*, nec minus *παρθένη σπάργαλα*, quae *παῖς πετ' οὔσα* texuerat Creusa antequam de infante suo cogitaret, fimbriis circumdata, (Gorgone ornata <sup>4)</sup>: eadem Euripides Ion 955 et 1421 voce *πέπλος* indicat. Telephum denique fasciis circumvolutum esse, ridiculum est dictu <sup>5)</sup>: pro explicatione esse potest vox *ραζόμενατα*, quae sequenti versu legitur.

Itaque confirmatur, quod ratione ductus dicere audeas, Graecos, qui tanti faciebant pulchrum corpus, infantes non vitiasse corporibus artissimis

1) Beck-Göll II p. 21; H.-Bl. p. 289; Dar.-Sgl. s.v. Fascia.

2) Hymn. Homer. in Merc. vs. 268 *σπάργαλά τ' ἄμφ' ἄμοισιν ἔχειν*.

3) Cf. fig. 4.

4) Eur. Ion 1489. 1417, 1421. Philostratus, *Εἰκόνας* I, 26 acu picta esse Hermae *σπάργαλα* scribit.

5) Aristoph. Ach. vs. 431.



ligaminibus constringendis. Sane multi nimii esse in hac re veriti sunt neque omnibus placuit Lacedaemoniorum exemplum *ἄνευ σπαργάνων* educantium, attamen *σπαργάνοις* vitio dari non potest, quod corpus infantis prorsus immobile reddebant: argumentum tacitum inest in verbis Aristotelis, quibus vituperat gentes, quae *ὄργάνοις τισὶ μηχανικοῖς* membra moveri prohibent<sup>1)</sup>; ergo *σπαργάνοις* vulgatis hoc crimini dari non poterat.

Cavendum igitur, ne auctoritatem lexicographorum<sup>2)</sup> et scriptorum<sup>3)</sup> recentioris aetatis de tempore aureo valere putemus; quando mutata sit significatio non pro certo efficere licet: Callimachus<sup>4)</sup> pro solito verbo *σπάργειν*, *σπειροῦν* adhibuit, ita monens illud ab hoc deducendum sibi videri<sup>5)</sup>; *σπειροῦν* autem a substantivo *σπεῖρον* derivatum, panno involvere significat. Significatio mutata legitur in Sorani praeceptis accuratissimis: *πῶς σπαργνωτέον*<sup>6)</sup>. Suadet Soranus, ut singula membra infantis circumdentur ligaminibus (*τελαμῶνες*) varia latitudine, partim trium digitorum, partim quattuor; totum denique infantem latiore fascia involvendum esse docet, addita lana, ut molli situ fruatur infans; miranda sane curiosa diligentia, quamquam parum placet.

Unde fasciae originem habeant, haud facile enuclees: monumenta quae quidem nobis servata sint, indicant Italianam potius quam Graeciam; praecipua monumenta iam Iustranda sunt. Inter antiquissima bis occurrit vas, in quo repraesentatur furtum a Mercurio vitae die primo commissum: alterum est hydria Caeretana<sup>7)</sup>, in qua conspicitur infans furax recubans in lecto, innocentiae plenus; coopertus est uno tegimento continuo, sed in dubio relinquitur utrum lecti stramentum sit an *σπάργαν*; de altero vase non tam facile dubitatur.

1) Arist. Polit. E. 15.

2) Heysch. s. v. *σπάργαν*: *δεσμὰ ῥάκη*; Photius Lex. s. v. *σπαργανώματα αἱ πρῶται Φασκίλι καὶ οἱ δεσμοὶ τῶν ἀρτιτόκων παιδίων*, cf. quae adnotat Naber in editione.


3) Dio Chrysostomos, pag. 203 (Reiske) inter se comparat fascias infantium et ligamina quibus erura circumdantur.

4) Hymn. in Iovem vs. 33.

5) K. Kuiper, *Studia Callimachea* I pag. 18.

6) Soranus, *περὶ γυναικείων*, ed. Val. Rose, cap. 29 § 82; cf. Girard pag. 69.

7) *Memorie dell' Istituto* Vol. II tab. 15.



Est cylix Atticus, a Brygo ut videtur pictus <sup>1)</sup> (cf. fig. 3), cuius imago, quamvis minime obscura, tamen difficultatem praebet, quae interpretatione accuratiore indiget. Apollo si revera fratrem furacem conspexisset qualem nos pictum videmus, nonne irridens rogavisset: „Quid tu in cunis fraterculo tuo minori aptioribus quam tibi? Num qua causa tibi latendi? Quod inepte efficere studes!” Nam Mercurius magna parte corporis ex cunis eminens, quasi Procrustis hospitio usus, miram praebet speciem: non est pictus ad exemplum infantis cuiusvis, qualem pictor cotidie Athenis in cunis dormientem videbat, sed pictus est ἐν λίζυξ <sup>2)</sup>; his verbis hymni ipsius sive narrationis hymno similis auditis, pictor λίζυξ delineavit — λίζυξ autem ei notum erat significatione vanni, instrumenti agricolarum; nondum idem valebat quod cunae: vide infra pag. 18 —, deinde pinxit Mercurium ἐν λίζυξ, positione minime naturali, nulla ratione habita cotidiani moris vel utilitatis. Etiam petasus, quo deus ornatus est, in memoriam revocat verba quaedam hymni, vs. 331:

παῖδα νέον γεγραμῶτα, Φύην κήρυκος ἔχοντα.

Licet audacius sit putare pictorem effingere sibi proposuisse verba hymni qui nobis servatus est, tamen eandem versionem fabulae ei notam fuisse veri simile videtur, idque eo magis, si iure contendunt ipsum hymnum Athenis esse factum <sup>3)</sup>. In quo quoniam σπάρρανα primas agunt partes <sup>4)</sup>, pictor ea neglegere non potuit. Iam apparet eum sibi finxisse σπάρρανα similia esse magnis illis palliis, quibus adulti vestiti sunt, laneis, rudibus punctis ornatis: satis libere corpus infantis circumdant, nam brachii forma conspicitur et crura ita flexa sunt, ut e vamo eminere videamus.

---

<sup>1)</sup> Est in Vaticano; cf. Mus. Gregor. II. 83. 1 a = Arch. Zeit. '44 tab. 20. Pars eius repetita est in figura nostra; ex ea etiam verisimilius fit Brygum pictorem cylicis esse (cf. Hartwig pag. 359); si pallium figurae maioris (Apollinis) comparatur cum Mercurii pallio in cylice Brygi nomine ornato, F.-R. t. 47; lineae quaedam manuscripti instar indicant eandem manum utriusque cylicis figuras pinxisse. Quod photographema ad publicandum adeptus sum, gratias ago viris doct. Nogara et W. Altmann.

<sup>2)</sup> Hymn. Homer. in Merc. vs. 21, 254.

<sup>3)</sup> Cf. Alb. Gemoll, Die Homerischen Hymnen. Leipz. '86, in prooemio hymni.

<sup>4)</sup> Vs. 151 et passim; σπάρρανώτης; Mercurius dicitur vs. 301.



Proximum exemplum, quod exhibet amphora sive pelice figuris rubris ornata (fig. 4)<sup>1)</sup>, incertioris est interpretationis; si recte putant Saturnum in hoc vase effictum esse, cui Rhea saxum pro filio edendum tradat, fieri vix potest, quin pictori in animo fuerit *σπάργανα* figurare, quae saxum occultarent: ut in imagine fabulae haec adsint, conditio est, ut ita dicam, sine qua non; cf. Hesiod. Theog. vs. 485: τῷ δὲ σπαργάνισασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιζεν Οὐρανίδη.


Sed dubitatur an recta non sit interpretatio; cui favet, quod res, quam affert mulier, tota involuta informem praebet speciem; contra oppugnare videtur, quod deum vel regem parum voracem conspiciamus<sup>2)</sup>; Rheam autem minus iuvenilem esse exspectamus, cum haec figura similior sit nymphae — respectis praesertim saxis — quae infantem, expositum fortasse, ostendit deo, qui magnopere miratur. Quidquid id est, certe constat infantem fasciis, i. e. ligaminibus, non esse circumvolutum, neque in hoc neque in ullo vase Graeco. Sane non multa sunt exempla, si excipiuntur ea, quae sive de aetate infantis nihil certi docent<sup>3)</sup>, sive ideo incertioris sunt argumentationis, quod infantiam deorum sive heroum exhibent, velut decies Bacchi<sup>4)</sup>; in iis effigendis saepe artifices sive consulto sive sola consuetudine ducti memoriam servaverunt formae qua

<sup>1)</sup> Rhodi reperta, hodie est in urbis New-York Metropolitan Museum of Art; alta est 33 cM. Cf. Le Musée, Février 1906. Musei praefectus Edw. Robinson benigne permisit, ut publicarem photographema, quod benevole faciendum mihi curavit orn. G. M. A. Richter.

<sup>2)</sup> Sane concedendum alterum illum Saturnum in anaglypho (cf. Roscher s.v. Kronos fig. 15) non minus aequo animo rem circumvolutam accipere. De tertio exemplo dubitatur utrum huc pertineat necno cf. Gaz. Arch. '75 tab. 9, Roscher, ibid. fig. 3.

<sup>3)</sup> Velut in imagine lecythi (Berl. V. 2444, fig. nostra 13 et 14) adversandi causa contendere licet infantem iam pervenisse ad aetatem, qua *σπάργανα* in loco non sunt; cf. Gerh. A.V. t. 83; J. H. S. I tab. 2; Ant. Denkm. II tab. 9, 2; idem valet de Pluto Cephisodoteo, F.-W. 1210, Br. 43; 1211.

<sup>4)</sup> Ex gr. in cratere Vaticano variis coloribus picto, Mus. Gregor. II 26 = Rayet et Collignon, Histoire de la Céramique fig. 84; cf. Stack. t. XXI; (W. Tischbein, Ancient Vases III tab. 8 pro panno nebris adhibetur); multa exempla enumeravit Heyd. 10. Hall. Winck. Progr. '85, Dionysos' Geburt und Kindheit; cf. ibid. tab. fig. 1 (= Wien. Vorlegebl. A. tab. 12, 1); fig. 2; pag. 58 fig. (= Festschrift-Benndorf p. 81); cf. anaglypha Mon IX t 16; Baum. I fig. 489; etiam Bacchus in brachio Mercurii Praxitelis pannum habet, quem tenuitate a pallio fratris maioris distinxit sculptor. Cum autem haec exempla pleraque



denum vel heroem adultum figurare solebant<sup>1)</sup>; sed si caute agimus negativa quidem vis magna in his exemplis inest; praeterea aliquid lucramur respectis pannis, de quibus supra (pag. 1) egimus; nonnullos eorum *σπάζεσθαι* indicare satis verisimile est; auxilia magno numero accedunt, si iam adimus anaglypha sepulcralia, recentioris quidem aetatis quam vasa, sed et ipsa in Graecia sculpta. Quae licet partim negligentioris sint operis, hoc quidem constat sculptores nunquam lineas transversas incidisse in vestimentis infantium; quas non omisissent, si fascias circumvolutas esse sibi finxissent (fig. 5)<sup>2)</sup>. Siquis putat fascias revera adesse, sed non conspici, quia circumdatae sint maiore panno continuo, attendat quam libera brachium sub tegimento utatur positione<sup>3)</sup>.

Idem quod docent anaglypha Graeca, e figuris argillae coctae efficitur<sup>4)</sup>; cae, quae Athenis originem habent, fascias non exhibent<sup>5)</sup>; hic illic conspici-

exhibeant Bacchum a Mercurio post partum ad nymphas Nysaeas ut educetur translatum, non dubitatur, quia primam infantiam spectent. Similiter vestitus est Erichthonius, cuius ortus figuratus conspicitur Mon. III tab. 30, cf. Ann. '79 tab. F; -- et Plutus, Revue Archéol. 1900 vol. 36 p. 93. De hac materia uberrima egit Heubach, passim.

<sup>1)</sup> Chitone et pallio vestitus, corona hederæ ornatus, nonnunquam thyrsu instructus est Bacchus, Jahrb. '91 tab. 1; et pag. 47; C. R. pour '31 tab. 2; Inghirami, Vasi fittili II, tab. 194.

<sup>2)</sup> = Att. Gr. t. 73, F-W. 1043. Certa argumenta praebent: Att. Gr. tab. 64-276; F-W. 1127, cf. Athen. Mitt. III p. 325; J. H. S. XIV tab. 11; anaglyphum votivum ex Sigeo, Ancient Marbl. in the Brit. Mus. Vol. IX tab. 11; negligentius sculpta sunt: Att. Gr. tab. 27-59; 62-275; 63-274, -281, -302; 64-277, -278; 70; 84-344; 88-380, -406; J. H. S. XXIII tab. 12. Stela picta artis affinis, Pagasis eruta, disputationem nostram affirmat. 'EΦ. ἀρχ. '08 t. 1. Dubium an inter Graeca monumenta enumerandum sit anaglyphum in Villa Borghese, quod Telephi dicitur (Winckelm. Mon. ined. Vol. I tab. 71 = Ann. '30 tab. G; cuius archetypum si circa annum 400 in Graecia sculptum est, multa licentia imitatus est huius operis artifex, cf. Röm. Mitt. VI pag. 177 et Helbig, Führer no. 954; quatenus autem e figura apud Winckelmann indicare licet, fasciae ne hic quidem indicatae sunt.

<sup>3)</sup> Quod sane figura nostra 5 non perspicuum fit; sed conspecto ectypo gypseo (F-W. 1043) non dubitatur.

<sup>4)</sup> Fr. Winter. Die Typen der figürlichen Terrakotten Vol. I pag. 139—153. Vol. II pag. 271; de minutiis certiores nos faciunt delineationes, quae maiore mensura factae sunt, ex. gr. C. R. pour '59 Tab. IV, 3; '70—71, tab. V 9; Jahrb. VI, tab. 2; et descriptio accuratissima Athen. Mitt. X pag. 80, quae spectat tabulam (ibidem) IV.

<sup>5)</sup> Berl. Inv. 7094 = Winter I p. 154, 1.

untur ligamina <sup>1)</sup>, quae tamen potius ad  $\sigma\pi\acute{\alpha}\gamma\gamma\alpha\zeta$  colibenda <sup>2)</sup>, quam ad membra constringenda, velut in figura, quae corpus fasciis circumvolutum, bracchia tamen libera habet <sup>3)</sup>.

Haec non valent de operibus in aliis regionibus, quam Graecis factis. Lucidum exemplum suppeditat vas, quod phlyacis scenam exhibet (fig. 6) <sup>4)</sup>; fasciae infantis spira corpori circumvolutae sunt, lineam tortuosam formant cochleae similem. Quae



6

ratio prorsus convenit cum descriptione Sorani <sup>5)</sup>; in Italiae monumentis saepissime occurrit <sup>6)</sup>; itaque monumenta incertae originis, quae sic se habent, in Italia nata esse verisimile <sup>7)</sup>. Ab hac re non est alienum, quod in cylindrum continuum rigidumque, ex quo pedes soli exstant, corpus infantis redactum est figurae aeneae prope Neapolim repertae <sup>8)</sup>; aeque rigida est forma infantis in sarcophago <sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Winter, Typen II p. 271, 13, ex Thebis.

<sup>2)</sup> Hymn. Homer. in Apoll. vs. 122.

<sup>3)</sup> Myrina pag. 560, no. 296.

<sup>4)</sup> Cf. Heydem. Humoristische Vasenbilder, 30. Berl. Winck. Progr. 70, tab. no. 2; cf. Dar.-Sgl. s. v. Expositio fig. 2859, Jahrb. I p. 269 n

<sup>5)</sup> Vid. supra pag. 8.

<sup>6)</sup> Primo loco memorandae sunt statuae ex tofo Capuae repertae, cf. Röm. Mitt. XXII '07 pag. 412 cum tabulis; Julius Lange, Die menschliche Gestalt, tab. XI, 13; Ed. Gerhard, Gesamm. Akad. Abh. tab. 36. 1. Una cum statuis multae figurae ex argilla cocta Capuae erutae sunt; de ratione qua fasciae circumvolutae sunt vid. Röm. Mitt. l. c. p. 427; cf. Winter, Typen I pag. 147 etc.

<sup>7)</sup> Ed. Gerh. Gesamm. Akad. Abh. tab 80, 2, = Dar.-Sgl. s. v. Fasciae fig. 2875, Berl. Inv. 4993, Winter Typen I. p. 149, 6 e; Anvard et Pingat, Hygiène infantile. Paris '89 fig. 3 = Dar.-Sgl. fig. 2877; Biardot, Les terres cuites funébres tab. XIII, 2 et 3.

<sup>8)</sup> Dar.-Sgl. s. v. Bona Dea fig. 868.

<sup>9)</sup> Raoul-Rochette. Mon. inéd. tab. 77, 2.

Praeterea obiter memoramus infantem in pictura Pompeiana <sup>1)</sup>, cuius vestitus Graeca monumenta in memoriam revocat magis quam Italica: — et stelam artis Romanae in memoriam Iulii Diadumeni, quem vix horas quattuor vixisse inscriptio docet: infans uno panno est circumdatus.

Vinculum, quo umbilicus circumligatur per primos menses vitae, si reliquum corpus nudum est, — ut saepe in regione meridionali, — frustra in monumentis requiritur: unicum, quod simile quid exhibet, stela est pueri iam quartum annum agentis (fig. 26): vinculum ergo medendi causa adhibitum esse videtur.

Denique repetimus, quod iam saepius ab aliis monitum est, infantem, quem exhibere dixerunt vas musei Petropolitani <sup>2)</sup>, genuinum non esse: similis imago et alibi invenitur et in amphora sive pelice nigr. fig. picta apud v. cl. Six, Neapoli empta: id quod de pitho tollit Hercules, nil nisi operculum est <sup>3)</sup>.

### De pileo, cucullo, similibus <sup>4)</sup>.

Non minus quam corpus recens natum, caput exigua tantum coma tectum, tegimento indiget; simplicissime eodem panno, quo corpus, circumdatur <sup>5)</sup>; etiam si fasciae adhibentur, iis simul caput circumvolvere licet <sup>6)</sup>: Soranus praecipit, ut sibi proprium pannum habeat caput. Singularem speciem infantes praebent, cum pileo tecti sunt, ut saepissime in anaglyphis sepulcralibus infantes „σπινθηρόταξι” (fig. 5) <sup>7)</sup>, et in figuris ex argilla cocta prove-

<sup>1)</sup> Museo Borbonico I tab. 21.

<sup>2)</sup> C.R. pour 73 tab. 5, L.

<sup>3)</sup> Cf. Roscher s.v. Pholos; Rom. Mitt. '92 p. 333 adn. 1; Houbach p. 42 adn. 2.

<sup>4)</sup> Cf. Dar.-Sgl. s.v. Cucullus; Pileus.

<sup>5)</sup> Cf. anaglyphum, Telephi quod dicitur (vid. supra p. 11 adn. 2); pictura Pompeiana Mus. Borbon. I tab. 21 = Niccolini, Casa di Castore o Polluce, tab. 3, 2; Winter Typen I p. 140, 7 et passim.

<sup>6)</sup> Rom. Mitt. 1907 p. 427.

<sup>7)</sup> Att. Gr. tab. 73; cf. 63-281; 63-302; 84-344; 92-406; F.W. 1127 (Orchomeni repertum); cf. Ann. '29 tab. G.

tioris quoque aetatis pueri <sup>1)</sup>; item in vase <sup>2)</sup>. Etiam infantes vel pueri divinae naturae pileum ex usu cotidiano mortalium mutuati esse videntur <sup>3)</sup>; explicacione symbolica non opus est. Immo ipse Vulcanus, qui idem est ac Ptah, proprie pumilionis speciem praebens, ideo pileo ornatus est, quia pumiliones, speciem puerilem praebentes, pileos habent; etiam Dioscuri tum demum capite pileo tecto conspiciuntur, cum natura eorum coaluit cum Cabiris Samothracum <sup>4)</sup>, et ipsis pumilionibus.

Paulo maior quam pileus, cucullus est, qui etiam umeros tegit; ab hominibus varii generis induitur; infantiae proprium esse indicat Hieronymus <sup>5)</sup>; infans ex argilla cocta et puer rusticus in anaglypho eo vestitus est <sup>6)</sup>.

Aliquantum discrepat vestimentum, quo uti solent figurae, quae vulgo Telesphorum exhibere putantur, non semper iure <sup>7)</sup>; vestiti sunt panno continuo, qui in capite apicem efficiens, paene ad pedes usque dependet, cucullo separato non addito <sup>8)</sup>. Nomen Graecum *διφσέριον* fuisse coniciunt <sup>9)</sup>.

#### De cunis <sup>10)</sup>

*Νίζιον* sive *σζζίον* apud Graecos idem valere quod Latine cunae, scientia vulgata docet; quod, non restrictum, vix recte dicitur. Utriusque vocis historiam et significationem, quatenus constituere licet, investigabimur.

<sup>1)</sup> Winter, Typen I pag. 139—155; II p. 271, passim; Jahrb. VI, tab 2; Martha, Catal. des figur. en terre cuite no. 22; Lecuyer, Terres cuites, Q 2; H<sup>3</sup> 2 = Winter I p. 144. 8; Schöne, Gr. Reliefs tab. 138. Fimbriis aut panno ornati sunt pilei: Arch. Zeit. '65 tab. 199; Myrina pag. 560, 296.

<sup>2)</sup> Gerh. A. V, tab. 217.

<sup>3)</sup> Cf. Athen. Mitt. X, pag. 91; tab. IV, 1 (= Winter Typen II, p. 271, 12); Ath. Mitt. ib. tab. IV, 2 (cf. Martha, op. cit. no. 415 et no. 909).

<sup>4)</sup> Tertio fere saeculo, cf. Roscher I. I col. 1172; in vasis Atticis V et IV saec. Dioscuri petasum habent.

<sup>5)</sup> Ep. XXII: monachi cucullis vestiuntur, ut ad infantiam redeant.

<sup>6)</sup> Dar.-Sgl. fig. 2877 et 2095.

<sup>7)</sup> Cf. L. Schenck, De Telesphoro deo, Diss. Gotting. '88; Martha, op. cit. no. 147 et 148 (in templo Aesculapii reperta).

<sup>8)</sup> Cf. Berl. Sk. 488.

<sup>9)</sup> Pauly-Wiss. s.v. Chiton c. 2332.

<sup>10)</sup> Dar.-Sgl. s.v. Cunae; H.-Bl. p. 288.

*Λίκυον* in hymno Homérico<sup>1)</sup> lecti munere fungitur Mercurio recens nato. Deinde primum non occurit — infantis quidem in usum — donec Aratus<sup>2)</sup> hymnum, ut videtur, secutus Mercurium in eo positum memorat: neque multum ab hoc usu recedit Callimachus, qui Iovi infanti *Λίκυον* tribuit ad dormiendum<sup>3)</sup>. Divini infantes sunt, qui eo utuntur, sicut Bacchus vel Iakchos, qui cognomine *Λίκυιτης* indicatur<sup>4)</sup>. Quatenus nobis servata sunt testimonia, colligendum est ergo *Λίκυον* temporibus, quae classica dicimus, cuniarum loco apud mortales non usitatum esse: quod affirmatur disputatione de cylice (Brygi?) (supra fig. 3) instituta<sup>5)</sup>. Fortasse hic illic infantes hominum semel in vita, solempi die imponebantur in vannum (supra p. 4): quod instrumentum erat sacrum apud mortales, poetae in usum cotidianum deorum infantium esse voluerunt. Aetate multo recentiore *Λίκυον* etiam vulgato sermone cunas indicabat. Argumento sit scholion ad Arati vers. 268, quod variis partibus compositum est<sup>6)</sup>: eodem modo se habet scholion ad Callimachi hymn. I in Iovem vs. 48. II, qui partem antiquiorem scholii utriusque scripserunt, de vanno infantibus usitata suo

<sup>1)</sup> In Mercur. vs. 21 et passim.

<sup>2)</sup> Vs. 268.

<sup>3)</sup> Hymn. in Iovem vs. 48.

<sup>4)</sup> Cf. Roscher s.v. Liknites. Plat. *περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος* cap. 35 . . . *Θυιάδες ἐγείρονται τὸν Λίκυιτην* . . . : cum speciem infantilem praebuisse, cum faecho esse comparandum, verisimile fit, cum respiciuntur epitheta inter se iuncta *μυρροπέφελος, Λίκυιτης* (Hymn. Orphic. 52, 3. rec. Abel): utrumque infantiam dei spectare videtur. *Λίκυιτην* exhibent anaglypha ex argilla cocta, non multum inter se discrepantia: in exemplis artis melioris forma vanni agnoscitur (Müller-Wies. *Denkm.* Vol. II 35, 414 = J. H. S. XXIII pag. 295: *Winck. Mon. ined.* tab. 53. in Vaticano; Campana, *Opere in plastica* Vol II, t. 50; fragmentum in museo Bonnensi Inv. D 423). Fortasse *Λίκυιτην* figurare volebant, cum Bacchum infantem, in vanno sedentem, incedebant in nummis Marci Aurelii et Commodi. (Brit. Mus. *Catal. of Coins, Bithynia, Nicaea*, pag. 157, tab. 32, 7; pag. 158, tab. 32, 14.) Num revera *Λίκυον*, quod in mysteriis adhibebant (cf. *Λίκυοπέφελον*, omnino ad infantiam dei Iacchi referendum sit, admodum dubium, cf. J. H. S. XXIII pag. 292; Farnell. *Cults of the Greek States* Vol. III pag. 150.

<sup>5)</sup> Pag. 10: cf. Mercurius qui parum naturali ratione sedet in vanno, in nummo Caracallae, *Cat. of Coins of the Brit. Mus. Mysia, Hadriani*, tab. 17, 10; cf. Bacchus in nummo, supra adnot. 4.

<sup>6)</sup> Distinxit eas Maass, *Commentariorum in Aratum reliquiae* 38.

quidem tempore nihil noverant, sed antiquitus τὸ πάλαιον solemni ritu adhibitam fuisse annotabant; contra partes recentiores scholiorum una voce profitentur λίζων idem esse quod κουνίων; κουνίων autem vocis cunarum esse formam Graece transcriptam (et deminutivam) satis apertum <sup>1)</sup>. Scholiasta ad Callimachum explicans τὸ κουνίων ἐν ᾧ τὰ παιδία τιθένται, verbi τιθένται tempore praesenti indicat suo tempore cunas vulgo λίζων dici; eodem modo explicatio Hesychii praesenti tempore scripta est: s. v. λιχνίτης... ἀπὸ τῶν λίζων ἐν οἷς τὰ παιδία κουνιόνται. Etiam respecta ratione qua Galenus et Themistius <sup>2)</sup> λίζων usurpaverunt, cum cunas indicare vellent, nullam explicationem addentes, apparet tempus fuisse, cum vox eam significationem vulgo iam obtineret.

Aequè dubium est de significatione vocis σζζφγ in Graecitate aurea, nam unicum exemplum, quod cunas indicat, pro exceptione habendum est: σζαφγ volo, per quam in fabula Tyro ἀνζγζωφισιν fieri memorat Aristoteles <sup>3)</sup>; fabulam esse Sophoclis, infantes a Tyro expositos esse notum est; si autem recte explicatur figura ex argilla cocta <sup>4)</sup> — mulierem exhibet, in saxo sedentem, quae intuetur duos infantes, positos in alveo, qui fluitat in aqua — apparet Tyro matrem liberos aquae mandasse; ergo σζαφγ illa non erat cunae cuiuslibet generis, sed talis erat ut in aqua posita non submergeretur. Similis erat natura alvei, quo Romulus et Remus expositi sunt in flumine <sup>5)</sup>. In monumentis quae exhibent Tyro, filios iam adultos agnoscentem, σζζφγ simul figurari solet <sup>6)</sup>. Itaque, quamquam σζζφγ apud Sophoclem Aristophanemque occurrit, inde non efficitur, quae significatio eorum aetate vulgata fuerit. Respecta ratione, qua Phylarchus vocem adhibet, cum narrat elephantem cunis motis infantem sopire — τῆν σζζφγν ἐκίρει —, apparet huic scriptori σζζφγν, significatione cunarum,

1) Cf. G. Reinecke. De Scholiis Callimacheis. Dissert. Philol. Halenses IX '88. Grash. I p. 120 monet hodie in Graecia voce κουνίον indicari instrumentum quod antiquitus ἀλιχίον, oscillum dicebant.

2) Gal. VI 57 (ed. Kühn); Themist. Or. 18.

3) Arist. Poet. cap. 16; eadem occurrit Aristoph. Lys. vs. 139.

4) Jahrb. VI tab. 2, pag. 61.

5) Dar.-Sgl. s. v. Cunae fig. 2129; cf. Plut. Rom. c. 3; σζζφγ.

6) Gerh. Etrusk. Spiegel, tab. 170 (additae sunt inscriptiones); tab. 351, 1-3; Vol. V tab. 89, pag. 113.

nihil insoliti habere <sup>1)</sup>. Sed Athenis usitatum fuisse demonstrari non potest, neque *σπαθήν*, neque *λίβαν*, neque omnino cunas. Sane mirum non sit, si hodie vel eras eruatur monumentum quo testimonium desideratum suppeditetur, sed adhuc in nullo monumento Attico — quae quidem publicata sunt — cunae conspiciuntur. Quod mirandum non est, si comparantur mores, quibus etiam alibi matres infantes in suo ipsarum lecto collocant, nullis cunis adhibitis <sup>2)</sup>. Ex aliis regionibus Graeciae et praesertim Italiae, satis multa monumenta cunas exhibent: ante omnia memorandum est anaglyphum sepulchrale Orchomeni repertum, in memoriam revocans artem Atticam saeculi quarti, in quo cunae cum infante, sub solio mulieris positae, conspiciuntur <sup>3)</sup>. Reliqua exempla figurae sunt ex argilla cocta: multa contulit Winter, Typen, Vol. II p. 271. Infantes, quos in cunis conspiciamus, saepe divinae sunt originis, — velut gemini Thebis Cyzici Olympiae reperti <sup>4)</sup>, de quorum natura nondum satis constat, — item infantes alati, velut figura musei Bonnensis (Inv. D 272), in Apulia facta ut efficitur ex colore rubro. Infantes mortales intellegendi sunt ii, quos in cunis figuratos deae cuidam *Ζουστρέφω* (Damiae?) Capuae dedicaverant <sup>5)</sup>.

De forma cunarum accuratius investigare operae pretium est: nostris medicis valde displicet mos, quo cunarum pars inferior curvata est, ut facile in utramque partem cunae moveri et vacillare possint; qui mos omni tempore apud varias nationes viguit <sup>6)</sup> neque apud Graecos frustra requiritur, immo a Plutarcho laudatur atque praescribitur <sup>7)</sup>. Contra Plato memorans matres infantes consopire, *ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀσι σείσασαι*, cunas nullo verbo refert <sup>8)</sup>; num inde colligendum est Athenienses prudentiores fuisse, quam ut

<sup>1)</sup> Apud Athenaeum XIII p. 607; idem valet de Sorano, op. cit. § 85. *σπαθήν ἐστραμμένην*.

<sup>2)</sup> Cf. narratio de Salomonis iudicio primo I Reg. 3 vs. 19 (attamen hae feminae nuptae non erant); de hoc more apud nationes huius aetatis agit Ploss, pag. 20, addit numeros, quibus demonstratur, quotus quisque infans mortem obeat a matre (invita?) strangulatus.

<sup>3)</sup> Cf. ectypum gypseum F.-W. 1127; descripsit Körte, Athen. Mitt. III pag. 325.

<sup>4)</sup> Cf. Athen. Mitt. X pag. 81, 83, tab. IV, Winter l.c. 12,

<sup>5)</sup> Röm. Mitt. XXII '07, pag. 412 etc.

<sup>6)</sup> Ploss, cap. III Das Wiegen.

<sup>7)</sup> Fragm. in Hesiod. ad Opera vs. 748, p. 800 W.; cf. Theocr. 24.

<sup>8)</sup> Plat. Leges p. 790 D. Ex hoc loco Platonis male intellecto error ortus est, qui mira tenacitate per enchiridia vulgatus viget; cf. Beck. Charikl. I pag. 28; II-BI. p. 289

cunae mobiles iis placerent? Sed cautos esse oportet, quamdiu nobis non constat cunas ullas Athenis usitatas fuisse. In anaglypho Thebano supra memorato cunae tales sunt, ut de curvata forma dubitare non liceat. Quatenus e figuris argillae coctae negligentissime factis iudicari potest, hae quoque cunae mobiles esse videntur <sup>1)</sup>. Non constat utrum cunarum formam exhibeat lucerna aenea <sup>2)</sup>, in qua figuratus est Hercules serpentes angens, an rectius cum editore ex similitudine naviculae vel cymbae explicetur. Huic explicationi favet, quod saepius lucernae formam praebent navium <sup>3)</sup>, et praeterea in hoc exemplo scalmi exstare videntur. Sed fieri non potest quin artifex a vulgata navis forma profectus, eam mutaverit eo consilio, ut Herculem infantem in cunis figuraret; nam quid sibi vult Hercules infans in cymba?

Hucusque investigationem instituimus de lecto infantum proprio, forma speciali, et de nomine Graeco cum Latino cunae comparando. Attamen pauca sunt exempla, in quibus infantes (sane e mythologia) lectos sibi habent, qui ab adultorum lectis non multum discrepant: in hydria Caeretana <sup>4)</sup> Mercurius infans furtum dissimulans in lecto recubat, cuius pedes rotis sunt instructi, ut facile in alium locum moveri possit; lectus Herculis et Iphiclis in vase Attico nihil habet singulare <sup>5)</sup>; quem memorans εἰρηρ scribit Apollodorus (sive Pherecydes) <sup>6)</sup>.

---

adm. 1; verba huius loci Platonis coniunxerunt cum iis, quae paulo ante leguntur (pag. 289D) de corpore oscillis exercitato; quamquam ibi de adultis, non de infantibus agitur. Error auctus est, cum conspicerent manubria vannii, in qua sedet Mercurius infans (vid. supra fig. 3); haec facta esse sibi finxerunt ad suspendendam vannum, ut infans agitari posset, tamquam in oscillo positus.

1) Cf. Biscari, *Sopra gli antichi trastulli*, tab. 4; figura musei Bonnensis supra p. 20; *Brit. Mus. Catal. of Terracottas* B 106: „from Corfu; ...like the keel of a boat underneath”; *C.R. pour '74* p. 7: „der Boden... gewölbt”.

2) *J. H. S.* 1908 tab. 33.

3) *Dar.-Sgl.* s. v. Lucerna fig. 4580; 4587; *Bull. Corr. Hell.* 1908 p. 172 fig. 39, 40.

4) Parisiis est, cf. *Memorie-Institut.* II '65 t. 15. *Vir doct.* Pottier benevole affirmavit non esse dubitandum, quin rotae sint figuratae.

5) *Gaz. Arch.* '75 tab. 14.

6) *Apollodorus* II 62.

### De amuleto <sup>1)</sup>.

Apud omnes populos, non solum apud antiquos <sup>2)</sup>, magni aestimantur remedia, quibus numina adversa, morbos, mala cuiuslibet generis averti credunt; Graece appellabantur ἀποτρόπαια, Φυλακτήρια, περιάμματα, Latine et aliis nominibus et voce crepundia <sup>3)</sup> indicabant. Ad certum et determinatum quoddam malum averruncandum προβασκάνια adhibebantur: cum enim animadvertissent quanta vi homines nonnulli solo obtutu aliis imperare possint, putabant aspectu illorum aliis noceri, non modo si cui male vellent, sed etiam si inconsulto ac temere aspicerent; quae vis βασκάνια, fascinatio dicebatur <sup>4)</sup>.

Antiquissimis temporibus amuleta vulgata erant inter omnes, nullo discrimine sexus vel aetatis; velut Athenis saeculo V incunte pictores in vasis etiam viros iis ornatos effingebant <sup>5)</sup>; mox, vigescente philosophia et eruditione, multis viris minus placebant; quod optime explanatur tristi illo spectaculo Periclis paulo ante mortem morbo ita degenerati, ut passus esset se a mulieribus amuleto circumdari <sup>6)</sup>. Ad mulieres difficiliter adibat scientia; omnino autem veterum morum tenaciores esse mulieres a multis memoratum est <sup>7)</sup> et in hac dissertatione saepius monendum erit: nam pertinacia qua mores antiquiores et apud adultos iam obsoleti in vita puerorum vigent, mulieribus debere videtur, quoniam penes eas educatio est infantium et puerorum. Accedit quod tenera aetas, multis periculis, ignotis saepe, obnoxia ipsa inducit ad magicam invocandam. Opinio vulgata erat nutricem negligentius agere, si talia

1) Gerh. Kropatscheck. De amuletorum apud antiquos usu. Diss. Monasteriensis 1907; Dar.-Sgl. s.v.; Baum. s.v.; H.-Bl. p. 290; J. L. Ussing Erziehung und Jugendunterricht bei den Griechen und Römern - '8, p. 39; Gruppe p. 894.

2) Ussing, op. cit. p. 41.

3) Plant. Rud. vs. 1154; cf. infra p. 27; etiam Cic. Brut. c. 91 amuletum intelligendum est, vel ornamentum.

4) O. Jahn. Ueber den Aberglauben des bösen Blickes bei den Alten, Berichte der Königl. Sachs. Gesellsch. der Wissensch. 1855 p. 28 etc.

5) Paul Wolters. Faden und Knoten als Amulett. Archiv für Religionswissenschaft, VIII Beiheft, Hermann Usener gewidmet; cf. Hock p. 117 etc.

6) Plut. Pericl. c. 38.

7) Ploss p. 10; Joh. Böhlen. Aus Ionischen und Italischen Nekropolen p. 20.

non curaret <sup>1)</sup>. In monumentis saepissime amuletis ornati sunt infantes: velut Erichthonius iam ipso momento, quo Ge in lucem eum edit <sup>2)</sup>; etiam infans ex ovo prorepens cum amuletis figuratus est <sup>3)</sup>. In opere plastico Graeco vel anaglypho amuletum nullum occurrit; sed fortasse olim conspiciebatur, coloribus delineatum, ut magnae erant partes picturae in plastica Graeca. In vasis Graecis passim indicata sunt amuleta: sane neglegentius saepe; attamen aliquid ex iis efficere licet. Filis sive liciis, nodis saepe instructis, circumdatos esse pueris cum adultis commune est <sup>4)</sup>; apud utrosque in variis corporis partibus conspiciuntur: saepissime ab alterutro umero per corpus transversum baltei more dependent (cf. fig. 30); nunc in collo sunt (unde nomen *δέραια*, Eur. Ion vs. 1431: olim Ionis matri ornamento fuerant in iuventute, monile igitur proprie erant; — vel *περιδέραια* Aristot. Poet. 16); nunc in talo <sup>5)</sup>, nunc in manus articulo <sup>6)</sup>; etiam capite circumdata esse legimus, sed haec in monumentis a vitta non possumus distinguere. In exemplis, quae adhuc enumeravimus, averruncandi vis inest in ipso filo cum nodis; — filum imbutum est cruore Gorgonis, Eur. Ion vs. 1001; — quae vis augetur si filo affigitur amuletum. Si quis rogat, quatenam materia apta fuerit ad amuleta facienda, fere respondeas: Quae non? <sup>7)</sup> In vasis Graecis nonnisi infantes et pueri talibus amuletis ornati sunt: formae

<sup>1)</sup> Hymn. Homer. in Cerer. vs. 228; Eur. Ion vs. 25.

<sup>2)</sup> Roscher s.v. Erichthonios, c. 1306 = Mon. X t. 39; Gerh. A. V. t. 151 = Elite I t. 85; Jahrb. XI p. 189 fig. 33a etc. Amuleta tam accurate ab artificibus indicata esse, cum Erichthonium figurarent, eo minus miramur, cum legamus Euripidem ab eo genus quoddam amuleti derivare, Ion vs. 1429.

<sup>3)</sup> Berl. V. 2430, Sitzungsber. Berl. Akad. 1908 t. 7, p. 698.

<sup>4)</sup> Cf. Wolters, l.c.; Kropatscheck, op. cit. p. 25.

<sup>5)</sup> In fragmento citato oenochoae fig. 30 linea flava satis crassa conspicitur in talo dextro; idem occurrit in brachio pueri oenochoae musei Turici, cf. Festgruss der Archaeol. Samml. Zürich 1887. tab. 2, pag. 10; coniciunt tales partes exaltatas vasculorum antea inauratas fuisse; amuleta in talo exhibent: Brit. Mus. Catal. of Vases E 549: „anklet”; in museo Lugduno-Batavo, Catal. 1905, XVIII 25 et 26, fig. 29; F.R. tab. 56, 4–6; cf. Collign. Cat. Vas. Athènes 424: „périscélides”, cf. Dar.-Sgl. s. v. Periscelis.

<sup>6)</sup> Eur. Ion vs. 1009: *ἐπι χερπέων... ζεοόν...*: Ann. '78, tab. P; Burlington Catal. 1904 tab. 94, H 36; F.R. l.c.; Festgruss l.c.; Jahrb. Berichte l.c. tab. 12, 2.

<sup>7)</sup> Fuse de materia phylacteriorum egit Kropatsch. op. cit. p. 20.

distincte indicatae sunt in vase Amphiarum cum familia exhibenti <sup>1)</sup>; etiam bullae vel globuli discerni possunt <sup>2)</sup>; — non confundendi sunt cum bulla Romanorum —; plerumque amuleta nomisi adumbrata vix distinguuntur a nodis (fig. 15) <sup>3)</sup>. Si conspiciuntur pueri in oenochois parvis, saepe dubitatur utrum amuleta figurata sint, an potius sarta florum vel rami cum foliis; qui a festo die haud erant alieni (vid. infra p. 88). In vasis, quae in Italia picta sunt, puncta notissima hic illic amuleta indicant <sup>4)</sup>; tamen interdum ornamento sunt, velut in cingulis, loris etc. <sup>5)</sup>. A Graeca ratione amuleti indicandi discrepant saepius <sup>6)</sup>.

Opera plastica, in quibus amuleta figurata sunt, ex Italia originem habent: statua marmorea pueri in Vaticano <sup>7)</sup> exhibet manum <sup>8)</sup>, lunulam <sup>9)</sup>, piscem, alia; figura aenea pueri <sup>10)</sup> phallum <sup>11)</sup> habet et duas res incertae naturae;

1) Berl. V. 2395, Arch. Zeit. '85 tab. 15.

2) Inaurati sunt C. R. pour '63 tab. II, 5; '68 tab. IV 7; puncta flava quae saepius occurrunt fortasse olim inaurata erant, cf. supra p. 23 adn. 5: Berl. V 2659 = Arch. Zeit. '79, tab. VI 1; Pellegrini. Museo di Bologna 295, Élite II 83; Festgruss-Zürich. l. c.; Jahn, Vasensamml. München 193 et 194 (in tabula, quae horum imagines exhibet, bullae non accurate indicatae sunt, Jahn Berichte l. c. t. XII 1 et 2); cf. similis oenochoa quae unper o Chersoneso Taurica pervenit in Antiquarium Berolinense (Samml. M. d. M.).

3) Burlington cat. l. c.; Mus. Lugdun l. c. 25; Gerh. A. B. tab. 312. 15 = Becq p. 16; Brit. Mus. Catal. of Vases E 548; cf. imagines quae ortum Erichthonii exhibent, supra memoratae, p. 23 adn. 2.

4) Gerh. A. B. tab. 312, 2; Mon. VIII, tab. 10; Dar.-Sgl. s. v. Periscelis.

5) F.-R. tab. 10.

6) Brit. Mus. Catal. Vases F 223, tab. IX; ibid. F 101, Millingen, Coghill tab. 44 (supra chitonem est amuletum); Heydem. Gr. V. tab. suppl. 6 et 8; C. R. pour '72, tab. VI, 1; Arch. Zeit. '84 tab. V, Berl. V. 2950.

7) Galleria de' candelabri 99, cf. Visconti Musée Pio-Clémentin III tab. 22 A = Becq pag. 10 = Dar.-Sgl. s. v. Amuletum fig. 301; eiusdem operis exemplar in Museo Chiaramonti 191 exhibet lorum sine amuletis.

8) Cf. Jahn, Berichte l. c. p. 53, tab. IV 2 a, b = Baum, fig. 57.

9) Hesych. s. v. *σελήνη*; *Ὀυλιχατῆριον ὅπερ ἐγκρέμαται τοῖς παιδίοις*.

10) K. Fr. Hermann. Der Knabe mit dem Vogel.

11) Cf. statua in museo Townley, quam descripsit Visconti, Mus. Pie-Clém. III pag. 120; Varro L.L. VII 97: pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur ne quid obsit, bonae scaevae causa; Gruppe p. 895.

figura ex argilla cocta, cuius ectypum tantum conservatum est <sup>1)</sup>, exhibet puerum sedentem, in cuius pectore varia amuleta, numero sex, loro pendent affixa: agnoscuntur formae anuli <sup>2)</sup> et conchae <sup>3)</sup>.

Primarius inter amuleta locus apud Romanos bullae erat aureae <sup>4)</sup>. Quae ipsa pro amuleto erat, vel ideo quia in auro inerat vis averruncandi <sup>5)</sup>; praeterea inclusa erant remedia. Bulla infantium et puerorum <sup>6)</sup> (puellarumque <sup>7)</sup>) proprium erat: praeterea triumphatoris, more maiorum. Longum est omnia monumenta enumerare, in quibus bulla est figurata <sup>8)</sup>; etiam vera exemplaria bullae ad nos pervenerunt. Solebant Romani una bulla contenti esse; apud Etruscos, unde derivata est, nonnumquam plures una gestabantur <sup>9)</sup>.

#### De vasculo, quo infantes lacte aluntur <sup>10)</sup>.

Infantes qui non a matre sive a nutrice nutriebantur <sup>11)</sup> necdum ex poculo bibere poterant, vasculum sibi habebant, in cuius latere fistula erat, ex qua sugabant; os vasculi cribro erat instructum, ne materia crassa obturaretur fistula; fortasse olim in fistula instrumentum erat ex corio facto, quo imitabantur formam papillae, ita ut facilius sugere posset infans; saeculo XVI p. Chr. n. talia nota erant <sup>12)</sup>. Vascula huius generis saepius eruta sunt e sepulcris

<sup>1)</sup> Ex Tarento, in museo Bonnensi, Inv. 129: alta est figura a pede pueri usque ad os 15,5 cM.

<sup>2)</sup> Aristoph. Plut. vs. 883 eum scholio; Athen. 123b.

<sup>3)</sup> Kropatscheck l.c. citat ex papyro magica Lond. 121: ἄστρον ἀπὸ Σελήνης.

<sup>4)</sup> Dar.-Sgl. s.v. Bulla; Marquardt, p. 82.

<sup>5)</sup> Plin. 33, 4, 25: Aurum... infantibus adplicatur ut minus noceant, quae inferantur veneficia.

<sup>6)</sup> Plut. Q. Rom. 101.

<sup>7)</sup> Plaut. Rud. vs. 1171.

<sup>8)</sup> Praeter ea, quae collecta sunt apud Dar.-Sgl. et Marquardt, cf. Berl. Sk. 389; cista, quae nomine Ficoroni indicatur; Helbig Führer no. 401; 54. Berl. Winck. Progr pag. 5, fig.; W. Altmann, Rom. Grabalt. fig. 158 et 182.

<sup>9)</sup> Gerh. Etrusk. Spiegel Tab. 166; bullam nominabant Etruscum aurum.

<sup>10)</sup> Auvard et Pingat. Hygiène infantile, Paris '89, cap. 3: Biberon.

<sup>11)</sup> Quod figurare antiquis fere displicuisse contendit Furtwängler, Samml. Sabouroff ad tab. 71: cf. Julius Lange, Die menschliche Gestalt p. 20; Röm. Mitt. 1907 p. 416; Myrina p. 210 fig. 22; Brit. Mus. Cat. Vas. III fig. ad E 509.

<sup>12)</sup> Auvard, op. cit. p. 68.

infantium <sup>1)</sup>; itaque de eorum usu vix dubium est. Tamen cavendum est ne ubicunque in thesauris occurrat vasculum huius formae, incertae originis <sup>2)</sup>, id semper infantis fuisse putemus. In sarcophago adulti repertum est vasculum, fistula olim ornatum, cribro non addito <sup>3)</sup>; ad hoc explicandum in memoriam revocant morem, quo etiam hodie in insula Creta duae guttae olei in caput mortui defunduntur.

Ab infantibus prorsus aliena sunt vascula similia, quae ad cerevisiam in pocula fundendam cyathi loco a Phrygibus adhibita esse conieciunt <sup>4)</sup>.

### De crepitaculo.

Si quis requirit, quod donum primum infanti oblectamento datum sit, ante omnia ea, quae strepitum dant, lustranda sunt. Ad id ipsum fabricati sunt crepitaculum (*πλάττα*) modo ex aere, modo e buxo <sup>5)</sup>. Fortasse crepitacula dicenda sunt instrumenta aenea, de quorum usu nihil constat; hoc modo composita sunt; parvi disci vel orbiculi duplices rotantes in axe, longiori manubrio affixi sunt; nonnulla exemplaria, quorum orbiculi anellis sunt circumdati, apta sunt ad crepitandum; haec nonnumquam in manibus vel supra caput mortuorum reperta sunt, velut Volcis et alibi <sup>6)</sup>; ad hoc explicandum memorant etiam tintinnabula a superstitionis una cum mortuis sepulta esse. Quod non impedit, quominus similia infantibus oblectamento data sint. Sicut etiam alia instrumenta, quae

<sup>1)</sup> Athen. Mitt. '93 p. 174; Mon. Antichi Lineei XVII p. 172, fig. 132; cribrum non est in tali vasculo, in sepulcro infantili antiquissimo Therae reperto, Thera II fig. 111; cf. fig. 119 et pag. 117; tertium exemplar Therae repertum est in sepulcro 25 (cf. fig. 115) simul cum ossibus ustis; quod indicio est non infantem, sed adultum ibi sepultum esse.

<sup>2)</sup> Ex. gr. Berl. V. 2715—17; cribrum non est in simili vasculo musei Bonnensis Inv. 343; alia vasa quae cribro et fistula sunt instructa maiora sunt pro usu infantium: Ath. Mitt. 24, tab. 3. 25; Fr. Poulsen, Die Dipylogräber, p. 29; mus. Lugduno-Batav. Cat. '05 v, 7.

<sup>3)</sup> Erutus est sarcophagus in pago Abusir; hodie est in museo Bonn., cf. C. Watzinger, Griech. Holzarkophagen aus der Zeit Alex. des Grossen, p. 4, no. 6; de vasculo cf. p. 22.

<sup>4)</sup> Jahrb. Anz. 1901 p. 6, cf. Korte, Gordion Jahrb. Suppl. V p. 54 et 89.

<sup>5)</sup> Suid. s.v. *Ἀπλάττα*; *Τεπλάττα*, cf. Aristol. Polit. 8, 6; Anth. Pal. VI, 309.

<sup>6)</sup> Raoul-Rochette. Mémoir. Acad. Inscr. Bell. Lettr. XIII 1838 p. 629, tab. VII, 5 = Dar.-Sgl. s. v. Crepitaculum, fig. 2064.

in orgiis adultorum adhibebantur (sistrum, crotala, rhombus <sup>1)</sup>) pueris aequae apta esse indicaverunt — neque iniuria. Quid sibi velint instrumenta, quae similia sunt iis, quae supra descripsimus, sed nullis anellis ornata, difficile dictu <sup>2)</sup>. Etiam huc pertinent perparva tintinnabula aenea pueris apta, ut probat mensura <sup>3)</sup>: paulo maiore dimensione est tintinnabulum ex argilla cocta <sup>4)</sup>.

Non solum strepitu, sed etiam forma infantes delectabant crepitacula ex argilla cocta, incluso lapillo sive calculo <sup>5)</sup>, quae formas varias praebant, velut canis, ovis, galli, pueri, pilae: forma, quae admodum placuit, est infantis in cunis eubantis <sup>6)</sup>. Siquis miratur Graecos et Romanos e fragili materia crepitacula fabricatos esse, attendat quam late ea consuetudo vulgata sit <sup>7)</sup>. Aliae figurae formatae sunt ad sonum stridentem reddendum; exhibent formam porci, lyrae, etc. <sup>8)</sup>.

Etymologia suadet, ut hic agamus de crepundiis: parvae sunt figurae ex auro, argento etc., varias formas praebentes, — velut bullae, lunulae —, quae ligamini affixae in collo suspendebantur <sup>9)</sup>; nomen videtur deductum esse de crepitu, quem edebant cum inter se concutiebantur; tamen alio consilio atque

<sup>1)</sup> Cf. Pollux IX 127; de rhombo infra p. 70 et 71 fusius scriptum est.

<sup>2)</sup> Brit. Mus. Catal. of Bronzes 878 „Childs toy“, Corinthi repertum, cf. 879; Illustrated London News 28 Dec. 1907, pag. 946: „Baby's toy“.

<sup>3)</sup> Exemplar, quod in sepulcro pueri sive puellae repertum est, describitur Myrina p. 86 no. 59; cf. ibidem p. 205 adn. 4; Biscari, Ragionamento sopra gli antichi trastulli tab. III: ex Priene, Berl. Inv. 10022, 10028, cf. Priene, pag. 386.

<sup>4)</sup> Myrina pag. 244, fig. 40.

<sup>5)</sup> Beop. p. 7 concit similis fuisse naturae poculum, quod Eubul. fr. 56 (Kock)  $\psi\alpha\phi\sigma\pi\epsilon\pi\iota\beta\epsilon\iota\mu\beta\alpha\tau\tau\epsilon\iota\omega$  dicit; eo consilio adhibitum videtur, ut convivas inter porum sono delectaret.

<sup>6)</sup> Cf. C. R. pour '74, p. 7; in museo Bonnensi, Inv. D 272; Collection Gréau, Catal. des Terrescrites 91, no. 664, fig. p. 150, Winter, Typen II p. 271, 3c; ibid. adn. A.

De aliis formis cf. Raoul Rochette Mon. inéd. p. 197; J. Martha Catal. des fig. en t. c. no. 106, cf. Athen. Mitt. III tab. 8; Martha 139, 168, 172—4; vascula, quae  $\sigma\tau\tau\tau\iota$  dicuntur, saepe crepitaculi munere funguntur, cf. Walters, Hist. of Ancient Pottery I 137 et 200.

<sup>7)</sup> J. Schlemm, Wörterbuch zur Vorgeschichte, s.v. Kinderklapper (Jüngerer Lausitzer Typus, Anfang la Tène Zeit, V saec. a. Chr. n.); in museo Bonnensi, Inv. D 179 ex Palaestina, formam pilae praebens.

<sup>8)</sup> Dar.-Sgl. fig. 2667—9; J. Böhlau, Ion. Ital. Nekrop. p. 21 et 37 ex sep. puerili 13.

<sup>9)</sup> Cf. Dar.-Sgl. s.v. Crepandia fig. 2066.

crepitacula infantibus datae sunt; coniecerunt nonnulli iis effici, ut dentes citius provenirent, cum infantes morderent crepundia<sup>1)</sup>; quidquid id est, vulgo crepundia pro amuleto vel ornamento erant<sup>2)</sup>, velut cum apud adultos occurrunt<sup>3)</sup>.



7

### Infans de loco se movet.

Antequam pedibus stare et incedere possit, genua infanti pedum vice funguntur. Parentes noverunt, neque fugit artifices Graecos, infantes, respecta ratione qua repunt, in duas species dividendos esse: longe plures genibus et simul manibus utuntur<sup>4)</sup>; pauci, iam tenera aetate eminere studentes, corpore erecto solis genibus prorepunt, auxilio manuum neglecto (fig. 22, in sinistra parte<sup>5)</sup>).

Infantes, qui iam stare possunt, hic illic ornati sunt vitta ita formata (fig. 7<sup>6)</sup>), ut apte comparatur cum instrumento, quod avis nostris, cum infantes essent, capiti circumdabatur, ut huic minus noceretur, cum in solum prosternerentur (Neerlandice valhoed fig. 8<sup>7)</sup>); in aliis exemplis capitis partem posteriorem, periculo

1) Cf. Neerl. bijtring.

2) Comparare licet monile, quod antiquitus infantibus nostratibus circumdabatur, nomine tandencollier; primo videtur ad mordendum datum esse, sed forma, qua novimus, artior est quam ut dentes vel maxillae attingere possint; amuletum est.

3) Vid supra p. 22, 3. Ipsa crepitacula etiam pro amuleto fuisse apparet ex Joann. Chrysost. in epist. I ad Cor. Homil. 12, 7, qui  $\alpha\delta\alpha\upsilon\alpha\zeta$ ; inter amuleta memorat, cf. Hock p. 117.

4) Sic passim in oenochois figurati sunt; cf. infra p. 85-6; Ber. Sachs. Ges. Wiss. '54 t. 12, 1; Stack. tab. 17 = Becq p. 21; Gerh. A. B. t. 312, 3, 4, 8, 14, 15 (= Becq p. 16); Brit. Mus. Cat. Vas. E 396.

5) J. H. S. 1908 tab. II, 3 cf. Att. Gr. t. 173; cf. Brit. Mus. Cat. Vas. III E. 633: „Infant crawling to right, arms outstretched”. Iam provector est infans Att. Gr. tab. 172.

6) = Att. Gr. t. 103-462; cf. fig. nostra 22; Att. Gr. tab. 163; 189-979; -994; Stack. tab. 17, 3.

7) Lucidum exemplum praebet delineatio, quam fecit Rembrandt; publicavit eam Lippman, Zeichnungen von Rembrandt van Rijn tab. 130, ex quo fig. 8 ornandi explanandique causa iterandam curavi.



8

non minus obnoxiae, vitta parum tuetur<sup>1)</sup>; haec igitur ad genus vulgatum vittae pertinent (vid. infra p. 52).

Infantem ad ambulandum non esse inducendum, priusquam satis firma sint crura, recte intellexisse videntur antiquiores Graeci, itaque nullum vestigium apud eos occurrit machinae, qua facticia ratione ire discunt infantes: talia instrumenta, quae apud varias nationes occurrunt<sup>2)</sup>, periculum creant infan-

<sup>1)</sup> Att. Gr. tab. 156-815; 162; 189-993.

<sup>2)</sup> Ploss. p. 108; cf. imago, quam excussit Rembrandt anno fere 1646, Bartsch 194. Idem sibi vult vinculum, quo matres sustinent infantes, cum ambulare discunt (Noerl. leibaud, fig. 8).



9

vocabulum Latine sic vertitur; sella cacatoria infantilis (fig. 9 et 10 <sup>2)</sup>).

### De cubiculo infanti in monumentis figurato et de monumentis, quae olim cubiculum ornaverunt.

Haece duo inter se cohaerent; nam velut in lecythis fimbribus sepulcra conspiciuntur et in vasibus unguentariis lavationes, sic imagines cubiculi infantilis (quod fere idem erat atque *γυναικωνίτις*) magna pro parte figuratae sunt:

<sup>1)</sup> Cap. 40 § 112.

<sup>2)</sup> Cf. Brit. Mus. Cat. Vas. III E 396, Pelice ex Camiro exhibet „Infant learning to walk. Woman holding out both arms to an infant which crawls on the ground looking at her”.

<sup>3)</sup> Fig. 9 = Erolmer, Collection van Branteghem no. 163, cf. fig. nostra 1; fig. 10 partem exhibet lecythi artis deterioris et antiquioris, Berl. V. 2209: prope infantem mulier stat, quam adspicit infans brachium porrigens. Inscriptionis fragmentum legitur ΑΣΙΜΑΧ (ἡλικιωμένης;? cf. Klein, Liebl. p. 86). Tota imago figurata est Gerh. A. B. t. 52. Cf. Jahrb. Anz. IV p. 149 et VIII p. 13. Figura nostra repetit photographema, quod ut publicarem benevole mihi permisit v. cl. Kekule von Stradonitz; adeptus sum opera v. doct. Zahn.

tibus, ne crura curventur cum pondus corporis gravius sit pro eorum infirmitate. Tamen Soranus <sup>1)</sup>, cuius praecepta iam saepius nobis displicuerunt (vid. supra p. 8), *διότιν ὑπέστρεψεν* adhibendum esse docet. In monumentis nonnisi naturali ratione ire discunt <sup>2)</sup>.

### De sella.

Ad sedendum summa utilitate infanti est sella, quae uno vocabulo antiquioris linguae Neerlandicae, quod accuratae descriptionis est instar, appellatur *kinderkakstoel*: quod

in vasis, quae ipsa in usum matrum vel nutricum ficta sunt. Inter antiquissima duo sunt, quae iam elementa praebent, quibus recentioribus quoque temporibus utuntur artifices hoc argumentum tractantes. Utrumque vas artis est Corinthiae, alterum pyxis<sup>1)</sup>, quae et alia exhibet et quinque figuras, quas pictor in cubiculo esse sibi finxit: mater est in solio, cuius in genibus infans sedens brachia ei porrigit<sup>2)</sup>; praeter hos tres mulieres (ancillae fortasse) adsunt, ex quibus una filium ducit. Paulum tantum discrepat imago in altero vasculo Corinthio — lecytho sive bombylio (fig. 11 et 12<sup>3)</sup>) —, quod exhibet filiolum in eodem solio atque mater sedentem; infans vel puer hilari animo in genibus matris astat; quod argumentum in memoriam revocat anaglyphum, Leucotheae quod dicitur<sup>4)</sup>, nisi quod puellula in comitioris est animi et opus omnino solemnioris est naturae, ad res im-



10

mortales propius accedens. Attendendum est tam puerum in genibus positum<sup>5)</sup>,


<sup>1)</sup> Raoul Rochette. *Choix de peintures de Pompéi*, pag. 75 fig.; cf. Heubaeh p. 5.

<sup>2)</sup> Fere idem argumentum iam occurrit in fragmento vasis artis geometricae. *Ann.* 72 tab I, 3.

<sup>3)</sup> Nuper Athenis emptum, in Antiquarium Berolinense est receptum, Inv. 4285. V. cl. Kekule von Stradonitz benigne permisit ut publicarem. Imagines a pictore Lübke in meum usum delineandas curavit v. doct. Zahn, qui ipse corrigendi munus benevole iniit.

<sup>4)</sup> In villa Albani, Br. tab. 228, F.-W. 243.

<sup>5)</sup> Heyd. *Gr. V. t. II. 1* = *Ath. Mitt.* 767 p. 96 Beil. I; Inghirami, *Vasi fitt. II t. 194*; *Mon. Piot III* p. 35.



11

quam mulierem filium ducentem<sup>1)</sup> (in fig. 12 colus et fusus facile agnoscuntur) saepius in huius generis imaginibus repetitam esse, etiam in sarcophago Romano.

In multis monumentis Atticis numerus figurarum redactus est ad duos adultos cum infante; in mores Graecos apte quadrat quod ancilla saepius quam pater una cum matre figuratus est. Quae imagines cum et in lecythis (fig. 13 et 14<sup>2)</sup>; cf. 15) et in anaglyphis sepulchralibus (cf. fig. 16) occurrant, vulgo putant eas funebrem praesertim in usum excogitatas esse; attamen indicia esse videntur, quibus appareat figulos Graecos non minus vivis quam mortuis operam dedisse, immo pulchris illis imaginibus primo homines vita cotidiana delectatos esse, postea demum in ornandis lecythis funebribus et anaglyphis sepulchralibus adhibitas esse. Argu-


menta haec sunt: Lecythis Atticae, quae vitam cotidianam exhibent, partim rubris figuris sunt ornatae (cf. fig. 10<sup>3)</sup>), partim figuras in indumento albo habent delineatas<sup>4)</sup>; illud genus antiquioris esse originis quam hoc et ex arte exemplorum antiquissimorum efficitur et respecta historia palmularum, quibus umerus ornatur. Quae in quibusdam lecythis, quarum venter albo indumento est contactus, antiqua ratione rubrae sunt relictae, duobus floribus in medio

1) Heyd. Gr. V. t. 8, 5; Raoul Rochette, Mon. inéd. tab. 77, 2.

2) Berl. V. 2444. Fig. 13 repetita est ex Arthur Fairbanks, Athenian lekythoi with outline drawings etc. New-York 1907, p. 183. fig. 41. Fig. 14 exhibet tabelam cyclographice figuratam, quae locum obtinebit in magno opere de lecythis, a Furtwangler et Riezler scripto; editores F. Bruckmann A.-G. Monacenses, magna benevolentia mihi permiserunt, ut tabulam publicarem. Cf. praeterea Vases-Ashmolean Museum no. 320 = W. Klein, Liebl. Inscr. p. 81 no. 10; Catal. Burlington 1904 tab. 94 A. 36; 'Εφ.ἀρρ. 1905 tab. I.

3) Cf. Brit. Mus. Cat. Vases E 633 (Infant crawling); Vases-Ashmolean Museum no. 320; tab. 18. (Hercules cum uxore et infanti); J. H. S. XIV p. 165 citatur „Athens 1645”.

4) Multae enumeratae sunt a Bosanquet J. H. S. XVI p. 164 et XIX p. 196; Murray-Smith, White Athenian Vases Brit. Mus. passim; Brit. Mus. Catal. Vases III; Bonner Studien-Kekulé '90 p. 154 tab. 11 et 12.





13

umero inter palmulas additis<sup>1)</sup>. Antiquam revera esse eam rationem neque e contrario palmulas illas rubras transitionem indicare ab indumento albo ad figuras rubras, etiam per se est verisimile, quia primum innovantur imagines ipsae, postea demum ornamentum de via trita decedit; accedit quod hic illic occurrunt palmulae, quas amphibios dicas: tum umerus albus praeterquam palmulis duobus illis floribus ex arte, quae rubris figuris utitur, imitatus ornatus est<sup>2)</sup>, tum umerus rubris palmulis ornatus caret floribus solitis, et forma quoque palmularum iam transiit ad mores artis, quae albo indumento utitur<sup>3)</sup>. Itaque constituta ratione, qua pedetentim ars, quae non nisi rubris figuris atque ornamentis utitur, transiit in artem, quae totam fere lecythum indumento albo contegit, attendendum est primas imagines sepulcrales occurrere in lecythis ambiguae illius naturae, scilicet quarum umerus flores exhibet artis antiquioris proprios in albo<sup>4)</sup>. Sane sepulcra conspiciuntur in lecythis rubris figuris ornatis, sed eae inter antiquissimas non sunt<sup>5)</sup>.

Antiquissimas in usum cotidianum fuisse ex imaginibus colligitur: omnes autem lecythos in duo genera esse dividendas eo confirmatur, quod ex inscriptionibus notissimis  $\alpha\alpha\alpha\alpha$ ; . . . . (cf. fig 37) vix una in lecytho legitur, quae sepulcrali imagine est ornata; quod verecundia prohibitum esse


1) Quod ornamentum conspicitur W. Klein, Lieblingsinschr. p. 31. Lecythi, quas volumus sunt: in museo Bonnensi, J. H. S. XVI t. 4; Brit. Mus. D 20, Murray-Smith l. c. t. 22 = Walters, Hist. Ancient Pottery t. 43; 'E. C. *apz.* '05 t. 1; Brit. Mus. Cat. Vases III t. 25, D 47.

2) Berl. V. 2444 (in fig. nostris 13 et 14 non conspicitur).

3) Mon. Ant. Lincei XVII tab. 8 = fig. nostra 37 (quae imago licet primo obtutu naturae funebri esse videatur, tamen alio modo explicanda est, vid. infra p. 98); Fröhner, Collection van Branteghem no. 171 = Sammlung Somzée t. 39 no. 98.

4) In una ex iis Charon figuratus est (Stack. t. 47 = Bennd. Gr. V. t. 27), in aliis sepulcrum, Athen. Mitt. XV t. 1; Berl. V. 3262; cf. 3171; vid. supra adn. 2.

5) Quod ex delineatione oculorum intellegitur, Berl. V. 2246; 2426.





15

bent argumentum; item lec. fig. 14 et amphora J. H. S. IX t. 3; lec. Berl. V.

1) Quodsi inscriptiones leguntur in lecythis, quae exhibent mulieres cum canistris, taeniis vel vittis onustis, quae canistra funebria dici solent, cf. J. H. S. XV t. 7; XVI p. 165, attendendum est ea aequo iure ad usum cotidianum referri posse, cum saepius in aliis vasibus conspiciantur, quae γυμνασίου exhibeant; cf. taeniae in parietibus suspensae, Brit. Mus. Cat. Vas. III t. 22.

2) Inter ea aryballus est artis severioris, qui ipse exhibet lecythum, formae vulgatae, in cubiculo muliebri suspensam Berl. V. 2254.

3) Haec monuit Furtwängler, F.-R. ad tab. 57, 3; cf. Jahrb. XV p. 144: Ἐπιτάφια; Ath. Mitt. '07 p. 106.

Inprimis memoranda sunt: pyxides tam rubris figuris (Heyd. Gr. V. t. 8, 5; F.-R. t. 57, 3) quam indumento albo (Collignon-Couve 1845; Brit. Mus. Cat. Vas. D 22, t. 22); oenochoae elegantissimae, variis coloribus in albo ornatae (Collignon-Couve 1846; Ἐφ. ἀρχ. '05 p. 37 fig. 1; Castellani t. 13 = Brit. Mus. Guide Greek and Roman Life 1908 fig. 159)

videtur<sup>1)</sup>. Quaestio, quonam consilio Graeci lecythos illas antiquiores fabricati sint, solvitur, si quis secum reputat eas speciem solam esse eius generis, quod est compositum vasibus varie formatis atque ornatis, de quorum usu cotidiano satis constat. Sunt multa vasa artis elegantis et perfectae, quae in usum mulierum, quarum vitam exhibent, facta esse viri docti coniecerunt<sup>2)</sup>; γενέθλια tractantes aequo iure memoravimus (vid. supra p. 5 fig. 1 et 2), aequo apta sunt, ut in nuptiis donentur: infantes, quos exhibent, futura vaticinantur<sup>3)</sup>. Quam arte cum his cohaereant lecythi nostrae, apparet, si inter se comparantur lec. fig. 10 et cylix fig. 9, qui idem fere exhibent

2205, lec. fig. 37 et multa vasa, quae Dianam cum face in nuptiis exhibent; praeter argumenta artem inter se communem habent: ex utraque specie complures variis coloribus in albo sunt ornati, imprimis attendendum est ad nitidum colorem candidum (ex. gr. in partibus nudis fig. 15 et saepius <sup>1)</sup>), qui in lecythis, quae sepulcra exhibent, non occurrere videtur. Itaque si iuxta lecythum anaglyphum sepulcrale consimile conspicimus (fig. 15 et 16 <sup>2)</sup>): illam esse antiquiorem est apertum), nulla causa est, cur putemus artifices Athenienses amorem maternum et similia figurare sepulcrali demum arte didicisse <sup>3)</sup>).

Adhuc nomisi de hominibus, qui in cubiculo sunt, scripsimus: nuper accidit, ut Pagasis erueretur stela picta ipsum cubiculum exhibens, S. II a. Chr. n. <sup>4)</sup>): quam pictura Pompeiana inter proavos agnoscit,



16

lebetes (Heyd. Gr. V. t. 11, 1, cf. Ath. Mitt '07 tab. ad p. 96) cylices (F.-R. II p. 181 fig.) pelice (Brit. Mus. Cat. Vas. III E 396: „Infant learning to walk“).

<sup>1)</sup> Cf. v. Branteghem no. 171; J. H. S. XVI t. 4: Walters, Hist. Anc. Pottery t. 43; minus nitidus est color Berl. V. 2685, 55. Berl. Winck. Progr. '95.

<sup>2)</sup> Fig. 15 = J. H. S. XVI t. 7, Berl. V. 2443: fig. 16 = Att. Gr. t. 65, circa Phidiae tempora sculptum.

<sup>3)</sup> De amore et amicitia inter propinquos in monumentis sepulcralibus expressa agit Jul. Lange. Die menschliche Gestalt p. 14 et 21.

<sup>4)</sup> Εφ. ἀρχ. '08 tab. 1: de tempore cf. O. Kern apud Rodenwaldt, Die Komposition der Pompejanischen Wandgemälde. Berl. '09 p. 112 adn. 1.

## CAPUT II.

### De habitu puerili.

#### De coma <sup>1)</sup>.

Si quis animo sibi vult repraesentare puerum antiquum sive puellam. memor esto in multis civitatibus Graeciae viguisse morem, quo pueri, cum ephēbi fierent, item puellae nupturae comam detonderent, deo cuidam consecrarent. Velut Athenis certa dies erat constituta, qua mellephēbi post *διδιστήριον* Herculi libata, capillos dedicabant simulque sacra faciebant: fortasse *κομῆτος* sacrorum nomen erat (dubitatur utrum de voce *κόμος*, an de *κομῆ*, *κοίρω* derivatum sit), dies *κομῆτικῆς ἡμέρας* dicebatur, tertia erat Apaturiorum <sup>2)</sup>. Itaque iam constare videtur pueros Athenienses capite raso non fuisse; tamen parum recte ex eo efficitur pueros ad illam usque diem comare solitos esse, nullo cultro tonsorio adhibito <sup>3)</sup>. Talis lex viris doctis aequo animo scribentibus molestias non parat, matribus maximas; vix poterant curare, ut liberi semper mundi essent — in pueris etiam molestius erat quam in puellis — si numquam decurtati capilli per duodeviginti annos luxuriarent; nec pueris quidem gratum esse poterat urente sole in regione meridionali.

Fortasse temporibus antiquissimis mos tam severus vixit: argumenta non praebet Samson, qui cultrum tonsorium per totam vitam a capite procul habere debuit, quia erat Nazaraeus; iam adultus Achilles aluit comam, quam si rediisset Spercheo se esse consecraturum pater voverat <sup>4)</sup>. Sed error

<sup>1)</sup> Dar.-Sgl. s.v. Coma.

<sup>2)</sup> Cf. A. Mommsen, Feste p. 332 etc.; Hock p. 110; E. Samter, Familienfeste.

<sup>3)</sup> Velut leguntur haec: „in Attika war der Brauch, dass die Knaben ihr Haar unverkürzt trugen“. H.-Bl. p. 206.

<sup>4)</sup> Ilias 23, 141 etc.

oritur, siquis de rebus, quae natura sua satis intricatae sunt, — ut sunt mores vitae cotidianae, — una formula adhibita iudicare vult. Multa sunt distinguenda :

Primo loco nationes inter se non congruebant : Lacedaemonii ex severitate educationis pueros ἐν χροῖ ἁγιάζοντες; <sup>1)</sup> nihil habebant, quod consecrarent. Herodotus narrat virgines Deliades ante nuptias „πλόκαμον” virginibus Hyperboraeis (cultus earum ex Dianae cultu originem deduxisse videtur) dedicare ; conicere licet tempore Herodoto antiquiore non unum tantum „πλόκαμον”, sed omnem comam virgines nupturas consecravisse ; morem nimis barbarum, — ut nova nupta calva esset, — durare non potuisse apud nationes excultas ; viguit tamen apud Lacedaemonios <sup>2)</sup>.

In aliis civitatibus cum aliorum deorum cultu coniuncta erat consecratio <sup>3)</sup>.

Singulas civitates sibi non constitisse, sed aliis temporibus aliter egisse apparet : Herodotus auctor est pueros Delios (scilicet cum epheli fiebant), partem comae consecrare, Callimachus primam lanuginem <sup>4)</sup> ; sacra, quae Herodotus, Callimachus suo tempore a virginibus fieri referunt, Pausanias <sup>5)</sup> tempore praeterito facta esse tradit.

Non certa erat aetas vitae, qua primum capilli tondebantur : non antequam nubarent virgines Deliades cultro tonsorio tetigisse capillos, apparet ex Callimachi epitheto ἄλιαν χείτην — coevam comam consecrabant : etiam Himerius sophista pristinum morem bene intellexit, qui vellet filium ex eo die, quo natus esset, capillum Baccho alere ; quod filius diligenter observaverat, donec mors decimum quintum fere annum agentem surripuit <sup>6)</sup> : contra Crobylus quidam quadrimus iam dedicat <sup>7)</sup>, Plato κορὰν puerorum memorans tonsorem arcere velle non videtur <sup>8)</sup>.

1) Plut. Lycurg. 16; ἀπόκριξ ἀναβας, Eustathius ex Callimacho.

2) Plut. Lycurg. c. 15; cf. E. Samter op. cit. p. 59.

3) Multa testimonia collecta sunt B. C. H. 12. '88 p. 481.

4) Her. I. 34. Callim. Hymn. in Del. 298. Haec mutatio eo explicatur, quod pueri post id tempus, quo Herodotus scripsit, desierant capillum promissum gestare.

5) l. 43. 4.

6) Himer. XVI, cf. VII.

7) Anth. Pal. VI, 155.

8) Rep. 425 D.

In tanta varietate testimoniorum monumenta auxilio vocari possunt; quae de Athenis quidem certam praebent materiam.

Monumenta antiquissima adhibenda sunt vasa nigris figuris ornata; non multum inde lucramur; nam pictores, qui non veriti sunt pueros prorsus similes adultis fingere, dummodo minore essent dimensione, etiam comptum adultorum iis tribuerunt; idque eo magis quod saepe deorum sive heroum filii sunt, qui in his vasis partes agunt. Exemplo sit Hermes ille furax, cuius capillus iam eo ipso die, quo natus est, adulto invidiae esse potest <sup>1)</sup>. Accurate distinguitur a viris puer in pinace ex argilla cocta <sup>2)</sup>; illorum compti sunt capilli, huius libere defluuntur usque ad umeros. Etiam brevior est capillus idemque libere dependet filii Aeneae in amphora musei Lugduno-Batavi <sup>3)</sup> (sunt qui contendant non Ascanium sed socium Aeneae intellegendum esse).

Vasa rubris figuris ornata, quae quidem severioris sint artis, pueros exhibent, qui adolescentium speciem praebent <sup>4)</sup>. Aliae imagines non clare exprimunt, quid sibi velint, cum omnis coma aequae nigra est: interpretantibus dubium est utrum coma sit satis brevis, succisa, an longior in nodum collecta sive compta; hoc videtur voluisse Pisto Xenos pingens Iphiclem in lepidissima illa imagine scholae <sup>5)</sup>. Inter se opponit Herculem puerum rusticum, rudem, capillo brevioris, cirrito et Iphiclem ornatissimum, crinibus vitta cinctis, longioribus, diligentissime collectis, quorum cincinni summa elegantia ante aures dependent. Contra coma puerorum, quos Duris exhibuit in schola <sup>6)</sup>, quam comam item prorsus nigram tinxit, alio modo explicanda est atque Iphiclis crinis: brevior est; quae explicatio commendatur, si respicitur puer in interiore cylice, cuius singulos capillos distinxit pictor. Dubia tolluntur a pictoribus, qui accuratius agunt: inter primos Brygus est commemorandus, cuius Mercurius

<sup>1)</sup> Hydria Caeretana. Parisiis, Memor. Instit. II tab. 15; cf. Gerh. A. V. 208; Gardner Fitzwilliam Museum 59A; Berl. Inv. 3333 = Jahrb. Anz. '95, pag. 36, 27.

<sup>2)</sup> Berl. V. 1813, Ant. Denkm. II tab. 9, 2.

<sup>3)</sup> Catal. '05 XV. 58, Roulez tab. 16, 1.

<sup>4)</sup> Cf. Perseus XIV. Berlin. Winck. Progr. '54 = Baumeister s. v. Danae fig. 448.

<sup>5)</sup> Ann. '71 tab. F = Baumeister, fig. 2138.

<sup>6)</sup> Cylix est Berl. V. 2285 Mon. IX tab. 54 = Arch. Zeit. '73 tab. 1.

in vanno <sup>1)</sup>, etsi teneriore aetate est quam ut de puerorum consuetudine aliquid certi significare possit, tamen Astyanax <sup>2)</sup>, quem pinxit Brygus, iam multo promissiore esset capillo, si nullo unquam tactus esset cultro. Nomen additum monet, ne putemus breves capillos apud servos tantum inveniri. Ergo nihil obstat ne puerum ingenuum intellegamus, — Ascanium igitur, — parvum comitem Aeneae in vase „Vivenzio” <sup>3)</sup>. Idem dubitatur in distinguendis puellis ingenuis ab ancillis: si quae brevioribus conspiciuntur capillis <sup>4)</sup>, saepe tibicinae sunt sive meretrices, tamen in aliis imaginibus ingenuae quoque eadem ratione figuratae sunt <sup>5)</sup>; quod confirmatur conspectis anaglyphis sepulcralibus tam quinti saeculi quam quarti (vid. infra). In aliis exemplis comptus ornatusque puellarum similis est mulierum <sup>6)</sup>: etiam mitra utrisque communis est <sup>7)</sup>. Variis modis compti sunt pueri in cylice anno fere 460 picto <sup>8)</sup>: alii capillos promissos, alii in nodum ligatos, alii breviores habent. Eandem varietatem praebent oenochoae pueris ipsis factae (de quibus infra fusius agetur).

Satis iam constare videtur pueros cultro tonsorio non semper abstinuisse, quamquam hodiernus mos sanitati magis quam pulchri studio favens, quo capilli usque ad cutem tondentur, Atheniensibus parum placuisse videtur — prorsus conveniebat cum natura Lacedaemoniorum, quorum pueri ἐν ζεφείροις ζεφείροις solebant —; vitta quam vulgo puerorum caput circumdare videmus, indicio est pueros, etiamsi breviores essent capilli, tamen ad calvitium nunquam esse redactos.

Post vasa anaglypha sepulcralia multum docent, saepe etiam accuratius quam vasa. In iis quae quinto saeculo sculpta sunt pueri nonnunquam antiqua ratione compti adultis similes, elegantiae student: velut Att. Gr. tab. 133 tam

1) Vid. supra fig. 3.

2) F.-R. tab. 25.

3) F.-R. tab. 34.

4) Passim in cylicibus, cf. Hartwig.

5) Mon. Ant. Lincei XVII tab. 6.

6) Heyd. Gr. V. tab. XII. 3 et 6; Bennd. Gr. V. tab. 1 et 32, 5; Walters, History of Ancient Pottery I fig. 104.

7) Élite II tab. 90 = Jahrb. XI p. 35; C. R. pour '68 tab. 4. 8.

8) F.-R. tab. 56, 4-6.

puer quam puella (comparandum caput Amoris in zophoro Parthenonis, eodem tempore sculptum); puer longos capillos in plegma collexit, quo circumdatum est caput t. 26, item puella<sup>1)</sup>: libere defluunt capilli pueri tab. 66, nisi quod in vertice capitis plegma est (de quo accuratius infra p. 48 agetur); prorsus native promissi sunt capilli pueri in anaglypho Samio<sup>2)</sup>: cf. virgines in zophoro Parthenonis et puella cum columbis in anaglypho Parii reperto<sup>3)</sup>. Longum plegma libere dependens (tab. 214) puellarum proprium fuisse videtur, apud pueros non conspicitur; idem videtur valere de mitra tab. 119-696; de figura tab. 28 quaeritur annon ancilla sit intellegenda, nam ancillae saepe mitra sunt ornatae. Breuiore sunt capilli puerorum tab. 190, 174 et imprimis pueri t. 172. Similes occurrunt apud puellas t. 164-843, 119-696: nulla ergo causa est, cur putemus brevem capillum figuræ femininae certum indicium esse servitutis: ex. gr. t. 76 ΝΙΚΩ ingenua an ancilla sit, in medio relinquendum; tab. 17 Μορζζέ<sup>4)</sup> sibi habet stelam. Item in distinguendis pueris a puellis auxilium frustra requiritur e ratione, qua compti vel vitta ornati sunt. In anaglypho t. 24 videtur pueri caput impositum esse corpori puellae: idem valet de tab. 164-843. Eadem difficultas discernendi etiam saepius occurrit, si adimus anaglypha quarto saeculo sculpta (ad quintum saeculum pertinent omnia, quae ad huc lustravimus). Si excipiuntur puellae, quae sive mitra (tab. 67)<sup>5)</sup>, sive plegmate libere dependente sunt ornatae, — hae duae formae apud sexum masculinum non occurrunt —, alioquin inter utrumque sexum vix est discrimen: satis brevis vulgo coma conspicitur. Contra hic illic pueri fere muliebrem speciem praebent, ex. gr. tab. 94. Itaque si caput solum invenitur, ut est figuratum in figuris nostris 17 et 18<sup>6)</sup>, non licet ex comptu

1) Vid. figura in descriptions volumine II, numero 865.

2) Ath. Mitt. 1906 tab. 16.

3) Ant. Denkm. I tab. 54.

4) Sive Κορζζέ; cf. Berl. Sk. 737.

5) Haec puellis communis est cum mulieribus; nulla causa est, cur putemus mitram puellae Élite II tab. 90 = Jahrb. XI p. 35 iuvenilem imprimis esse ornatum; cf. Girard p. 86 adn. 2.

6) Caput ex marmore Pario in museo Bonnensi, Inv. I; repertum est in pago K a s t r i (Delphi); conieciunt olim partem fuisse anaglyphi sepulcralis Attici, eius generis, quod „statuariseh“ dicere solent. Paulum inclinatum erat in dextram partem, quod efficitur



ornatiore concludere puellae olim fuisse. Immo elegans hic ornatus, (de quo infra p. 48 uberius agemus), septies fere in anaglyphis pueri caput, ter tantum puellae ornat. Plegma quoque, quod capiti circumdatum est, saeculo quarto apud puerum occurrit tab. 185-960, eodem modo etiam hellenistica aetate tab. 68.

De genere autem constituere licet quarto saeculo comam longam rarius occurrere quam quinto, praesertim in sexu masculino (cf. infra fig. 22).

Monumenta hucusque adhibita, ab operariis pleraque confecta, negligentius facta esse solent, quam ut ex iis de omnibus minutis accurate iudicari possit. Adeunda est ars statuaria, quamvis incerta testimonia praebet de vita cotidiana. Iterum videbimus non recte dici comam prorsus intactam remansisse; tamen vestigiis quibusdam apparebit aliquid valuisse religionem.

Non multae statucae puerorum ad nos pervenerunt saeculi quinti; ex iis autem nonnullae id habent commune, ut anteriores capilli in fronte colligantur, reliqui autem ab his segregentur, partim dextrorsum, partim sinistrorsum; itaque non semel, ut vulgo, — sive in medio capite, sive in alterutra parte capitis, — sed bis diremptio fit, scilicet ab utraque parte capitis<sup>1)</sup>.

Hac ratione compti sunt Eros „Soranzo” Petropolitanus<sup>2)</sup>, caput ex aere Berolinense<sup>3)</sup>, puer qui spinam ex pede evellit, Spinario qui dicitur; multi pueri ex argilla cocta in Boeotia, in Cabirio praesertim, eruti; post haec exempla, quae antiquissima sunt, eadem forma comptus passim et omni tempore apud pueros occurrit; raro apud adultos. Capilli in fronte sive ligamine simplici modo cohibentur, sive nodum formant; illud factum est in Erote „Soranzo”, hoc in capite ex aere, puero „Spinario”, pueris ex argilla cocta. Nodus quoque intellegendus est id, quod est in capite zophori Parthenonis, quod modo Victoriae, modo Iridis dicitur (fig. 19)<sup>4)</sup>; dubitatur de Triptolemo in anaglypho ex plicatura exigua in collo. Quamvis summatim sculptum sit, tamen gratia est plena. In iudicanda arte comparanda sunt anaglypha Attica tab. 167-878, 157-840, fig. ad. num. 984 descriptionis vol. II; quod attinet ad aetatem, annus fere 375 proximo ad verum accedere videtur. V. cl. Loeschke veniam publicandi benigne mihi dedit.

<sup>1)</sup> Haec constituit Furtw. Meisterw. p. 678.

<sup>2)</sup> F.W. 217, Arch. Zeit. '78 tab. 16.

<sup>3)</sup> Furtw. Meisterw. tab. 32.

<sup>4)</sup> Figura repetita est ex American Journal of Archaeol. V '89, tab. 2, cf. Brit. Mus. Catal. Sculpt. 1 tab. 6, 1; Roscher s.v. Iris, c. 348.





19

Eleusino; Svoronos <sup>1)</sup> capillos in fronte coeuntes pergere vult, supra caput illum *χρυσῶν περιζυμῶν* (vel *περὸ Φυρῶν*) formantes, quo detonso Niso — hoc nomen iuveni dat — moriendum erat. Nodum format coma puellae in anaglypho sepulchrali <sup>2)</sup>.

Ad saeculum quartum transcuntibus primus nobis memorandus est Plutus, quem Eirene Cephisodoti brachio ferebat, nempe is, qui in Piraeo e mari extractus est, Athenis asservatur <sup>3)</sup>; capilli, non inter se

plexi, sub vittam sunt subducti; quam simplex et vera sit dispositio comae optime apparet, si comparatur caput subditicium, quod hodie Monachii Plutum in brachio Eirenae ornat <sup>4)</sup>. Nodus occurrit in figura aënea Spartae reperta <sup>5)</sup>. Bacchi pueri, in brachio Hermae Praxitelis positi, pars comae refracta est; in integrum restitutum caput conspicitur fig. 20 <sup>6)</sup>; adnotandum est editori ipsi non prorsus placuisse, cum paulo maior neque satis elegans sit pars restituta. Eodem modo cohibentur crines in anaglyphis sepulchralibus <sup>7)</sup>. Etiam saeculi tertii opus notissimum, puer cum ansere, optimum exemplum praebet <sup>8)</sup>. Ad summum artificium haec forma pervenit in vase ex Italia <sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Das Athener Nationalmuseum pag. 106.

<sup>2)</sup> Att. Gr. tab. 174.

<sup>3)</sup> F.-W. 1211, Ath. Mitt. '81 t. 13; aliud exemplum est Dresdae, Klein, Praxit. f. 8.

<sup>4)</sup> F.-W. 1210, Br. 43.

<sup>5)</sup> Jahrb. Anz. 1904, pag. 33, fig. 2.

<sup>6)</sup> Repetita est ex „Olympia“ Vol. III pag. 196; figura parva exhibet verticem capitis nondum restitutum.

<sup>7)</sup> Att. Gr. tab. 155-811, 157-893. Etiam in anaglypho ad Illisum reperto, quamvis breves sint capilli servuli, tamen utrimque diremptionem efficiunt, Att. Gr. t. 211.

<sup>8)</sup> F.-W. 1586, Br. 433.

<sup>9)</sup> Brit. Mus. Catal. Vas. IV F 101, J. Millingen, Vases Coghill tab. 44 = Baumeister fig. 832. Praeterea enumerantur: Jahrb. VI, Anz. p. 26; Österr. Jahresh. VII Beiblatt p. 17;

Exempla allata variis modis explicanda sunt. Tempore, quo homines vulgo comabant, sive nodo sive alia comendi ratione impedire voluerunt, ne capilli ante frontem et oculos dependerent: hoc consilio etiam apud adultos figura nostra occurrit <sup>1)</sup>; neque tantum saeculo V invenitur, ut probat statua virginis, quae Antii est reperta <sup>2)</sup>. Immo ornatus Apollinis, qui in „Belvedere” collocatus est, non prorsus ab hac re est alienus.



20

Attamen ad omnia exempla explicanda haec non sufficiunt; praeter ea, quae moribus cotidianis atque fortuitis debentur, in aliis apparet hunc comptum consulto adhibitum esse. Attendendum est saepe puerorum capillos supra frontem solos esse longiores, reliquos satis breves. Quod certo quodam consilio factum esse suspicamur inter se comparantes Hesychium s. v. *σκόλλος* κορυφή ἢ κατὰ λείρι μὲν τῶν τριχῶν et Pamphilum apud Athenaeum XI p. 494 *ὀνιστήριον δὲ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλον ἐφίβει*. . . Ergo pueri partem comae reservabant eo consilio, ut consecrare possent cum epheli futuri essent. Ad demonstrandum *σκόλλος* revera locum supra frontem habuisse commemoratur victimarum quoque saetas eodem de loco recisas sacrificatas esse, antequam mactarentur victimae ipsae: iuvenes, qui partem corporis pro toto dis offerunt, totum corpus iis consecrant <sup>3)</sup>. Probari potest comptum eum, qui nomine *σκόλλος*;

Gaz. Arch. 78, tab. XX; Catalogue-Burlington 1904, Tab. 61; Antichità d'Ercolano, Bronze VI, tab. 48-51, cf. Clarac 756, Dar.-Sagl. s. v. Coma fig. 1809, 1822, 1843; Clarac 761 C; C. L. Ransom, Studies in ancient furniture, Chicago 1905, tab. 15 C. ornamentum aeneum in fulero lecti, Brit. Mus. Catal. Bronzes No. 1717.

<sup>1)</sup> Catalogue Burlington Club 1904, tab. 2 = Furtw. Intermezzi, tab. 1-4; La Glyptothèque Ny-Carlsberg tab. 63.

<sup>2)</sup> Österreich. Jahresh. VI tab. 7.

<sup>3)</sup> Cf. Wieseler in Philol. IX 1854, p. 711, qui citat Verg. Aen. VI 244 et summas carpens media inter corna saetas ignibus imponit sacris.

Cf. Hoek p. 110; Österreich. Jahresh. IX, p. 124 etc. Vide infra p. 97.

indicatur, eadem fuisse forma, qua Bacchi restituti (fig. 20) et pueri cum ansere; sic disputatur: Hesychi. *σκόλλων κερυφῆν* explicat, idem s. v. *μαλλός*, „... και σκόλλος” scribit. De significatione vocis *μαλλός* videndum est Corpus Gloss. Latin. Vol. II, ubi legitur glossa *μαλλός παιδίου και ἀστράγαλος*, explicatur „cirrus”. Notus est cirrus ille, quem athletae Romani in vertice capitis, circum ad cutem usque detonsi, reservabant <sup>1)</sup>. Cirrus cornus formam praebet apud Iuvenalem <sup>2)</sup>. Cirro quoque distinguitur picus avis. Quorum cirrorum forma non multum differt a comptu Bacchi, pueri cum ansere; quem comptum *σκόλλων, μαλλόν, cirrum* dicere iam licet. Cum autem legimus apud Nonium Marcellum s. v. Cirros: „Varro Cato vel de liberis educandis: >Itaque Ambraciae primum capillum puerilem demptum, item cirros, ad Apollinem (Apollinis) ponere solent<”, expressis verbis tradi videmus iam diu ante eam aetatem vitae, qua cirri consecrabantur (quod fieri solebat cum ephebi fiebant), primum capillum puerilem demptum esse.

In materia, quae variis deliberationibus obnoxia est, qualis est ratio comendi puerorum capillos, non ab re esse videtur tertiam causam adducere, qua matres impellebantur, ut cirro liberos potissimum ornarent. Qui unquam gavisus est metamorphosi, quae fiebat, cum pueri capilli, qui languidi dependerent, digitis pro pectine adhibitis erigerentur ita ut coni formam adepti essent, ille quidem apud Graecos idem valuisse concedit. Haec forma comptus, quae pueris nostris cum sannionibus (clowns) est communis, his ridiculam, illis hilarem praebet speciem. In antiquis monumentis ligaminis ope cirrum formatum esse vidimus; nullo ligamine adhibito, sicut apud nostros pueros, fortasse conspicitur in vase (fig. 21) <sup>3)</sup>.


Similem speciem — „Gothicam” fere dicas — praebet caput marmoreum (fig. 17 et 18); sed etiamsi artifex idem studuit, alia via profectus est. Si capilli supra frontem collecti longiores sunt quam ut simplicem nodum sive cirrum formare possint, plecti solent; quod plegma a media fronte coeptum,

<sup>1)</sup> Cf. Pauly-Wiss. s. v. Cirrus.

<sup>2)</sup> S. 13. vs. 165.

<sup>3)</sup> Cf. Monum. Piot I, tab. VII.

per medium verticem positum, in posteriore parte capitis finem habet (Scheitelflechte, -zopf). Lucidum exemplum praebet Eros Lysippeus<sup>1)</sup>. Si cum eo comparamus caput Bomense multa dubia tolluntur, quae inveniri in hoc opere negligentius sculpto, ut anaglypho sepulchrali, non miramur. Attendendum est ab ipsa fronte media plegma initium capere, ut apparet e vicissitudine crinium, qui modo a dextra parte, modo a sinistra parte adducuntur (quod in fig. 17 optime observatur). Qui crines uno tenore a mediis fere temporibus usque ad mediam frontem ascendunt.



21

In sinistra parte capitis sculptor revera indicavit diremptionem fieri, cum cincinni dependentes in mediis temporibus segregentur a capillis qui plegma componunt. (Quae diremptio in figurae 17 parte dextra conspicitur eo loco in temporibus, qui umbra paulo obscurior est factus.) In duobus his operibus satis magna pars comae in plegma collecta est, ut non minus totum capitis circuitum speciemque plegma mutet, quam utile se praebet. Attamen ex his duabus explicationibus — utilitate scilicet et specie eleganti — in multis exemplis sive alterutra tantum valet, sive neutra. Speciem mutat „Gothice” nos afficiens plegma in anaglyphis sepulchralibus nonnullis<sup>2)</sup>; eo consilio, ut crines cohibeat, adhibitum est in sarcophago, ubi liberi Medae hoc plegmate ornati sunt<sup>3)</sup>. Neque utile est neque artificii effectum praebet plegma, quod

<sup>1)</sup> Cuius caput imitatum conspicitur Monum. Piot 1906 XIII tab. 11 sq., pag. 139 fig. 1; cf. F.-W. 1582.

<sup>2)</sup> Att. Gr. tab. 66; 157-840; 167-878(?); 185-945; 189-964; 191-965; -985(?).

<sup>3)</sup> Berl. Sk. 843 b.

vix observatur in capite saeculi quinti (circa annum 420), Braurone reperto <sup>1)</sup> et in puero sacra faciente (*παῖς ἐφ' ἑστίας*; J. H. S. '09 t. I a).

Tertia explicatione nobis opus est; quae ipsa se offert cum investigamus historiam huius plegmatis apud adultos. Pauca sunt exempla; inter quae antiquissima sunt caput in Heraceo Argivo erutum <sup>2)</sup> et Caryatis Erechthei <sup>3)</sup>; eleganter adhibitum est plegma in Amazone, Epidauri eruta, saeculo IV sculpta. (Defrasse et Lechat. Epidaure pag. 67 fragm. 5.) Praeterea huc pertinere videtur caput, quod saepissime repetitum variis formis ad nos pervenit. Multa collegit exempla W. Klein, Praxiteles pag. 170, „Apollino” nominat. Summo artificio est exemplum in thesauro Barracco <sup>4)</sup>; liberrime ornatus est capillus, vix explicatur quomodo crines a medio capite in utramque partem profecti subito evanescant. In plerisque exemplis <sup>5)</sup> nullo iure contenditur plegma figuratum esse. Si vero attendimus caput, quod propter artem severiorem archetypo simillimum esse videtur, (caput dico corpori Amazonis impositum satis parva mensura <sup>6)</sup>; quod caput sine dubio plegmate nostro ornatum est) conicere licet archetypum quoque plegma illud habuisse, elegantiores autem formas ab imitatoribus inde derivatas esse; quod idem valere videtur de statua, quae tum Eros Centocelle, tum Thanatos dicitur <sup>7)</sup>. Quem licet Furtwangler contendat simili plegmate ornatum esse, tamen neque in exemplo Vaticano (Centocelle) neque in Neapolitano neque in aliis <sup>8)</sup> crines plexi conspiciuntur. Certe veri est simile horum ornatum, qui vix unquam in rerum natura exstitisse videtur, ab artificibus derivatum esse a male intellecto plegmate. Pro certo constat male intellexisse

1) F.-W. 1304, La Glyptothèque Ny-Carlsberg tab. 64 = Arch. Stud. Brunn dargebracht, tab. 3.

2) Waldstein, The Argive Heraeum. Frontespiece et tab. 36.

3) Br. 176.

4) Tab. 59.

5) Ex. gr. F.-W. 1293.

6) Quae statua hodie est Monachii; delineata est Abhandl. Bayer. Akademie X tab. 2 cf. Böttiger, Berlin. Gipsabgüsse 532A; F.-W. 1294 et 1295.

7) F.-W. 1578, Helbig Führer 2 189, Br. 379.

8) Furtw. Meisterw. p. 543; cf. ibid. fig. 100 (Neapol.); Mém. Acad. St. Pétersb. 72, 4 tab. 1 (Pawłowski); Bull. Comm. Arch. Rom. '77 tab. 16.

artificem, qui simplex et naturale plegma Caryatidis in Erechtheo, cum hanc statuum imitaretur, mutavit in ineptam quandam formam <sup>1)</sup>, cum ceteroquin summa diligentia et accuratissime archetypum secutus sit.

Sic autem disputamus: Plegma, de quo agimus, antiquissimis temporibus vulgatum erat <sup>2)</sup>, postea in sacris faciendis <sup>3)</sup> vel in deorum simulacris tantum, ut ornamentum priscum, adhibebatur. Cum autem in adultorum vita cotidiana obsoletum factum esset, puerorum in usum semper viguit, — ut iam saepius vidimus eorum mores antiqui tenaciores esse; accedebat vis religionis, cum deberent partem quidem comae ad consecrationem relinquere.

Ita factum est, ut plegma, quod native extare non potest, nisi cum crines omnes longi sunt — sic solet esse ubi in adultis reperitur —, in pueris occurrat, etiamsi reliqui crines breves sunt „rudimenti“ quod hodie dicimus instar. Omnibus temporibus tam pueros quam puellas hoc plegmate usos esse apparet ex conspectu exemplorum praecipuorum <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Caryatis in Vaticano, Braccio Nuovo 5, Br. 177.

<sup>2)</sup> Hauser, Österr. Jahreshfte Vol. IX. pag. 124 etc. de eo agens, confert ex aetate Aegaea imagines Aegyptias eorum, quos Keftiu dicebant; supra frontem eorum satis longum plegma conspicitur, ibid. fig. 50.

<sup>3)</sup> Suspiciuntur statuas, quae in Erechtheo columnarum (caryatidum) munere funguntur, exhibere virgines Athenienses, quae sacra faciebant, velut Errhephori; cf. J. H. S. 709 t. Ia.

<sup>4)</sup> De hoc plegmate scripsit Stephani C. R. pour '67, p. 41. Praeter ea exempla de quibus supra fusius egimus cf. e marmore sive lapide: Att. Gr. tab. 66 (Saec. V, puer), 157-840, 166-862, 167-878 (?) (S. IV, (puellae), 185-945, 189-964, 191-957 ?), -965, -985 (?), in vol. descriptionis fig. ad num. 984 (?) (pueri); scatent exemplis anaglypha Graeciae orientalis, de quibus cf. Jahrb. XX, p. 47 etc., multa sunt in museo Lugduno-Batavo; in sarcophago liberi Medae, Robert Vol. II tab. 62, 196; Berl. Sk. 843 b; Hermaphroditus, F.-W. 1481. cf. Roscher s. v.; in Vaticano, Museo Chiaramonti 338 = Clarac 884-2255; Sacken, Kaiserhaus tab. 17 (adnotat editor ad hunc usque diem plegma puerorum in usum vulgatum esse in Asia minore); [dubito an huc non pertineant: Einzelaufn. 1 et 1632; Amer. Journ. Archaeol. V '89 p. 474 fig] ex tofo: Röm. Mitt. 1907 tab. XI, 1 p. 413; ex aere: Br. tab. 514 (cf. descriptio addita); Le antichità d'Erpolano, Brouze VI tab. 86; Micali, Antichi Mon. tab. 43 = Dar.-Sagl. fig. 1844; in figuris ex argilla cocta passim: cf. C. R. pour '68, p. 69, tab. III. 8; Panofka, Terracotten-Berlin, tab. 25, cf. Dar.-Sgl. fig. 1810; Myrina tab. 11; 42, 1; 43, 1 (double tresse centrale).

### De Vittā.

Comam puerorum vittā saepe esse cohibitā, iam supra commemorāvimus: quae de ea disserenda sunt duabus rebus congruunt cum iis, quae de reliquo comitu ornatuque puerorum valent: 1<sup>o</sup> Vittā in anaglyphis sepulchralibus Atticis nonnisi in puerorum (puellarumque) capite occurrit et omnino aetate, qua ea sculpta sunt (saec. V exeunte et s. IV), fere aliena erat a cotidiana vita adultorum<sup>1)</sup>: hoc imprimis valet de vittā ita formata, ut in media fronte latissima sit, quodammodo apice instructa, -- quae *στειφάκη* dicitur significatione ex Hesychio sumpta (cf. s. v.)<sup>2)</sup>: praeter pueros dii ea ornati esse solent. Cum vero circa annum 500 vittā ornamentum sit solitum tam virorum quam mulierum, apparet hic quoque apud pueros conservatum esse morem, qui apud adultos iam obsoletus erat, simplicitate morum vigescente: eundem apud deos adesse non mirum, quorum in cultu antiqua diutius vigent.

2<sup>o</sup> Si respicimus speciem, quam praebet haec *στειφάκη*, iterum apparet formam paululum acutam placuisse, quam in puerilis capitis rotunditate gratam esse iam supra constituimus (fig. 5, pag. 16 et 48).

Et alia exempla et fig. 22 (vide p. 54 adn. 2) puerum iuxta puellam exhibens, testatur utrique sexui vittā aequē placuisse.

Quota quaeque vittā pro amuleto fuerit (de quo usu vid. supra p. 23) frustra investigatur. Separatim tractata sunt huius vittae exempla quaedam per infimam frontem deducta ita, ut huic praesidio esse videantur (vid. supra p. 28)

<sup>1)</sup> Exempla haec sunt: Att. Gr. tab. 174; 203-1050 (pueri); 198; 214 (puellae); Stack. tab. 17, 1 et 3; Heyd. Gr. V. tab. 12, 5; Arch. Zeit. '79 t. 5; Ber. Sächs. Gesellsch. Wiss. '54 t. 12, 2 (Jahn); fig. nostra 29, 31 (pueri); Heyd. Gr. V. tab. 12, 3 (puella); saepius in parvis oenochois, vid. infra; cf. Plutus Cephisodoti (F. W. 1211); Bacchus infans Praxitelis, fig. nostra 20; etiam in capite musei Bonnensis, fig. 17 et 18, a sculptore indicata est vittā; fortasse olim colore magis erat conspicua.

<sup>2)</sup> Idem efficitur ex epigrammate Anth. Pal. VI 274, si recte se habet explicatio, qua puerpera quaedam post partum feliciter peractum vestimentum et vittam puellarum (leg. *νυμφάκη*) grato animo dedicat Lucinae. Exempla quae *στειφάκη* exhibent haec sunt: Att. Gr. 103; 189-979; -993; -994; fig. ad 984; 192-962; -963; 193; 194 (pueri); 163-815; 162; 163; 165; 226; cf. fig. nostra 22; Collect. Warocqué, 1904, *Δίφρος*; Hartwig t. 61; 65; Gerh. A. B. t. 312, 8; Beund. Gr. V. t. 37, 5 = fig. 33 (pueri); Heyd. Gr. V. t. 12, 6 (puella).



### De vestitu.

A coma ad reliquum ornatum vestitumque transeuntes magnum illud discrimen, quo in vita publica feminae Graecae a viris separantur, — quo iam VII annos natos pueros a puellis discerni vult Plato <sup>1)</sup> separatim discernere iubens — etiam prius, statim post *σπέργυζα* relicta adesse comperimus, vestitendi ratione respecta.

Pueri uno pallio utuntur, quo saepissime umeros tantum et tergum tegunt, potissimum prorsus deiciunt; puellae a prima pueritia summa modestia assuefactae vestitum matribus similem habent (cf. fig. 22) <sup>2)</sup>, ne eo quidem privilegio iis favetur quo hodie puellis, ut vestimenta breviora minus impedimento sint in ludendo. Cum autem in monumentis, vasibus praesertim, puellae brevi vestitu figuratae sunt — saltantes saepe —, tibicinae sive ancillulae dicantur <sup>3)</sup>. Si figura prorsus nuda occurrit, fere indicii instar est puerum exhibere voluisse artificem <sup>4)</sup>. Excipienda est puellula, fere infans in anaglypho sep. musei Lugduno-Batavi nisi vestimentum translucidum sculptum est (fig. 16). Quia in interpretandis monumentis interdum magna refert scire, utrum puerum an puellam artifex figurare voluerit, operae pretium videtur constituere quatenus haec vestitus discrimina valeant. Segreganda sunt monumenta antiquiora (archaea) eius aetatis, qua ipsi viri longo chitone vestiti erant; accedit quod artifices eius aetatis omnino non distinguebant pueros ab adultis, si mensuram excipis.

Ex. gr. in nummo Aeneae urbis <sup>5)</sup> medio saeculo sexto percusso iuxta Aeneam

<sup>1)</sup> Leges VII 794c.

<sup>2)</sup> Figura pueri in media imagine repetita est ex Att. Gr. tab. 194; puella in parte dextra — Att. Gr. tab. 161; stela in parte sinistra exhibet parvulam puellam; quae licet e repenti aetate nondum sit egressa (vid. supra p. 28) nihilominus talari veste est induta; repetita est figura ex J. H. S. 1908 tab. 2, 3 cf. Att. Gr. t. 173. Quod fugit Julium Lange explicantem anaglyphum „Leucotheae” Br. t. 228; Die menschliche Gestalt pag. 21.

<sup>3)</sup> Hartwig passim. Dubitatur de puellula Mon. Antichi Linc. XVII tab VI.

<sup>4)</sup> Ex. gr. Att. Gr. tab. 26; Arch Zeit '79 t. VI, 1, Berl. V. 2659. ubi non obstat quod figura albo est colore; ut saepius pueri (ex. gr. Berl. V. 2443, fig. nostra 15), imprimis in parvis oenochois, cf. Gaz. Arch '78 t. 7, 2; C. R. pour '63 t. 2, 5; '68 t. 4, 5 et 7; cf. parva oenochoa, e Chersoneso Taurica in Antiquario Berolinensi, instructa hae nota: Samml. M. d. M.

<sup>5)</sup> Roscher I p. 167 et 185.

cum patre fugientem, Creusam adspicimus, quæ figuram vestimento talari ornatam unero fert; unde nullo iure efficitur in urbe Aenea fabulam ita variatam viguisse, ut pro Ascanio filiola quaedam comes esset in fuga. Eodem modo dubitatur in explicando anaglypho Thessalico circa annum 500 sculpto <sup>1)</sup>.

Inde a medio sæculo quinto lex fere est quæ per quartum quoque sæculum valet: in monumentis Atticis nullus puer cum chitone, nullius puellæ chiton desideratur. Cui legi eo magis nobis opus est, cum discrimen comæ, quod hodie saepe auxilio esset, frustra requiritur. Itaque profecti ab iis anaglyphis sepulcralibus de quibus inscriptione insculpta non dubitatur, etiam alibi, ubicumque chiton conspiciatur, puellam figuratum esse contendimus, etiamsi capilli breviores sint <sup>2)</sup>; contra figuræ sine chitone pueros exhibent, quamvis eleganter compti sint <sup>3)</sup>. Aliud probare videntur: Att. Gr. tab. 185-958; quod Bruckner Romanæ ætatis esse putat; — Att. Gr. tab. 210, F.-W. 1011; quatenus ex testimonio ectypi gypsei iudicare licet, videntur panni longiores esse, quam ut chiton dicendus sit servuli vestimentum; — vas quod exhibet puerum pulchro chitone vestitum recentioris est ætatis <sup>4)</sup>, item multa anaglypha sepulcralia a Græcis orientalibus sculpta, saepe verbis *ὁ δῆμος* laureis circumdatis ornata, in quibus chiton vulgatus <sup>5)</sup>.

Monumentorum testimonio freti putamus pueros Athenienses laudati temporis acti <sup>6)</sup> neque pallio, neque chitone indutos fuisse, cum agmine instructo incederent — ergo quodammodo exercendi causa (*βελτίξειν ἀθρόως*) —; neque chitonem adesse arbitramur, cum apud Platonem narratur *εἶδον τε τὰ ἐντὸς τοῦ ἱματίου καὶ ἐφλεγομένην* <sup>7)</sup>.

<sup>1)</sup> Athen. Mitt. '90 tab. VII. De his rebus egit Heubach pag. 14.

<sup>2)</sup> Att. Gr. tab. 24; 119-696; 164-843; 86; (133 puer et puella); Berl. Sk. 814; puella est in curru Bend. Gr. V. tab. 325, Collignon-Convo 1876.

<sup>3)</sup> Att. Gr. t. 68; 185-960.

<sup>4)</sup> Jahrb. IV. p. 260.

<sup>5)</sup> Cf. Jahrb. 1905 p. 47 etc. Exempla sunt:

Berl. Sk. 768, 771, 837. Brit. Marbles X 43, pleraque ex Smyrna; cf. in museo Lugduno-Batavo passim.

<sup>6)</sup> Aristoph. Nub. 965.

<sup>7)</sup> Charmides pag. 155 D.

Revera afuisse chitonem multo probabilius fit, si recte conicit Müller <sup>1)</sup> saeculo quinto, post vestitum mutatum <sup>2)</sup>, „Athenienses (viros nempe) omnino nullam tunicam sub pallio gestare”. Audacius mihi dictum videtur. Cum autem longum sit omnia quae huc pertinent disserere, obiter nonnulla adnotamus. Pictor scyphi rubris figuris ornati (Brygos?) <sup>3)</sup> alios viros chitone himatioque vestivit, alios solo himatio; refelluntur ergo ii qui contendunt, quotiescunque chiton in monumentis desideretur, artificum licentiae hoc deberi, non ex ipsis vivendi moribus depromptum esse. In anaglyphis sepulcralibus Atticis nullus vir chitone indutus conspicitur, nisi quis est ephebus vel miles ad bellum paratus; idem valet de zophoro Parthenonis, in quo equites tantum chitonem gestant. Virum barbatum chitone indutum in anaglypho Attico paulo post annum 420 sculpto (Svoronos, Das Athener Nationalmuseum tab. 34-1341) editor equitem dicit. In Aristoph. Eccl. 374 vir cui subreptum est himation *χιτώσιον* mulieris induit; mulieres, *ἐξωμίσαται τὸν ἕτερον βραχιόνα*, palliis maritorum *χιτώνια* sua prorsus circumdant; vs. 267 etc. Hoc saltem apparet, prorsus necessarium chitonem ne viris quidem esse. Quod ad pueros attinet, non obliviscendum est Spartaee unum himation per omnes anni aetates pueris sufficere, chitone dempto post undecimum annum peractum <sup>4)</sup>. Si aliquid Athenis mores Lacedaemonii valuerunt, hoc certe non neglegendum est.

Nihil cum consuetudine cotidiana commune habet chiton talaris, manicatus, splendide ornatus, quem pueri in oenochois festo die induerunt <sup>5)</sup>; est solenne vestimentum, quod in omnibus sacris locum obtinet; quo histriones quoque induti sunt, quippe qui Dionysio sacra faciunt; nec minus pueri laudati <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Gualt. Mueller, Quaestiones vestiariae. Diss. Gottingae '90.

<sup>2)</sup> Thuc. I 6.

<sup>3)</sup> Mon. VIII tab. 27 = F.R. tab. 84.

<sup>4)</sup> Plut. Lyc. c. 16.

<sup>5)</sup> Berlin 2661, Stackelberg tab. 17, 1; O. Jahn, Beschreibung der Vasensammlung Pinakothek München 244.

Item puella Élite II tab 89.

<sup>6)</sup> De manicatis vestimentis in Dionysi cultu cf. Athenaeus XIV 622, qui citat Semum Deliacum; Pauly-Wissowa s. v. *Χειρῖδωτόν; χιτών* III c. 2212.

De Choibus infra pag. 83 agemus.

Digna est quæ memoretur vestis discedens a consuetudine antiqua, quæ vult ambas partes chitonis ab alterutro latere corporis sive consutas esse sive non confixas coire; vestis quam volumus more nostris temporibus vulgato partes in medio pectore coniunctas habet (si non patet, prorsus intacto pectore): adsunt semper manicæ, sive breves sive longiores: puerorum tantum in usum videtur adhibita esse; qui ea induti sunt, unico utuntur vestimento; prorsus apta puerili erat ætati, cum neque fibulis acutis ei opus erat, neque facile deiciebatur amittebaturque<sup>1)</sup>.

Consimilis est natura vestis luxuriosæ, quæ ex Persia atque Oriente derivata *ζζυδω*; appellatur; ab adultis gestatur, sub eo aliud vestimentum indutum est<sup>2)</sup>.

### De cingulo decussatim vincto<sup>3)</sup>.

Cingulum hoc longissimum ita corpus circumdat, ut tam in pectore quam in dorso decussatum sit (fig. 22 in parte dextra: etiam ea, quæ zona vulgata esse videtur, revera pars est huius cinguli). Attendendum est in anaglyphis sepulchralibus Atticis solas puellas eo ornatas esse<sup>4)</sup> non pueros; quod non sexus discrimine explicandum est: nam puellæ multæ iuniores sunt quam ut pectus sustinendum sit et in vasis imagine<sup>5)</sup> cingulum a mulieribus adhibitum altiore situ utitur; sæpe unicum officium existit in cohibendo chitone, velut cum viri eo ornati sunt<sup>6)</sup>. Certe in aliis exemplis ita subditum est mammis, ut eas sustineat<sup>7)</sup>; quo consilio cingulum adhibitum esse tum demum constat,

1) Stack. tab. 17, 3; C. R. pour 1873 tab. III 4; Collignon-Couve 1338, cf. W. Klein Lieblingsnam. = pag. 136; dubitatur de figura Millingen, Vas. Coghill tab. 44.

2) Pauly-Wissowa s. v. *Χειρῶτος*; *χιτών* col. 2208.

3) (Græce: *μυσχχλιστήρ, στήριδεσμεν*?) Cf. C. R. pour '60 p. 80 (materia indigesta); Arch. Zeit. Anz. '67 p. 106\*; Furtw. Samml. Sabouroff ad tab. 15; Dar.-Sgl. s. v. Cingulum; Mon. Piot IV p. 184.

4) Att. Gr. tab. 77-332; 154-851; 157 passim; 160; 161; 165; 168-892; 238; 264-1236; cf. stela Boeotia Silenidis in Antiquario Berol. Inv. 1492, Jahrb. 18 Anz. p. 36, Kekule von Stradonitz, Gr. Skulpt. Handb. kön. Mus. Berl. XI) p. 186.

5) Brit. Mus. Cat. Vas. E 467, J. H. S. XI t. 12.

6) Jahrb. XI p. 189; aurigæ in zophoro Parthenonis; Pauly-Wiss. III c. 2318.

7) Revue archéol. '49 tab. 129, 2; Berl. V. 2633.

cum corporis pars superior nuda est <sup>1)</sup>. Iam vidimus in anaglyphis sepulchralibus Atticis mulieres nobiles cingulo nostro non uti; unde efficias ornatum hunc, quem hodie artifices et vestiarii „prorsus classicum” esse arbitrantur, a mulieribus Graecis utiliorem indicatum esse quam elegantiore, filiolis <sup>2)</sup> et ancillis <sup>3)</sup> aptiorem quam sibi ipsis. Cingulum nostrum aptissimum est iis qui celeriter se movent, velut aurigis, venatricibus <sup>4)</sup>, equitibus <sup>5)</sup>, numinibus alatis <sup>6)</sup>. Selene in fastigio orientali Parthenonis duo cingula habet separata, quae in pectore et in dorso inter se decussata sunt <sup>7)</sup>.

Variata est forma, cum cinguli partes in dorso tantum decussataeumeros et alas arte circumdant, velut in auriga Delphico <sup>8)</sup>. Haec quoque forma in puellis <sup>9)</sup> et ancillis <sup>10)</sup> potissimum invenitur; quamquam in vasibus Meidiae et similibus usus eius vulgatus est <sup>11)</sup>; etiam in fastigio occidentali Parthenonis una ex Pareis quae dicuntur (Michaël. t. 6, 161) ita ornata est.

Cum cingulo nostro comparanda sunt vincula, quae ab umeris descendunt,

<sup>1)</sup> C. R. '64 p. 183 fig.; '68 t. 1, 18; '76 t. 5, 2; p. 159 fig.; idem sibi vult fascia, quae per corpus transversum circumdatur Dar.-Sgl. s. v. Fascia fig. 2881; Ath. Mitt. '07 tab. 3.

<sup>2)</sup> In anaglypho, quod Leucotheae dicitur, Br. tab. 228; Arch. Zeit. '79 t. 6, 5, Berl. V. 2710; C. R. '61 t. 3 = Rayet-Collign. Céram. fig. 110 (Liebe); '69 t. 4, 14; Gerh. A. B. t. 53 = Baum. III fig. 1633; Berl. V. 2391; 2634; Amelung, Catal. Sculpt. Vatic. I no. 498; Lecuyer, Terr. cuit. ant. t. D no. 2; Caryatis in villa Albani, Helbig, Führer 767-8, fig. 39, Caylus, Recueil Antiq. VI t. 90, 3.

<sup>3)</sup> In lebetes musci Bonnensis.

<sup>4)</sup> Velut Diana, cf. Marg. Bieber, Das Dresdener Schauspielerrelief. Bonn '07 adn. 74.

<sup>5)</sup> Amazon, Epidauri eruta, Br. t. 29 cf. Collignon. Hist. Sculpt. Gr. II f. 92.

<sup>6)</sup> Victoria J. H. S. IX t. 2, Brit. Mus. Cat. Vas. E 252; passim in pluteo aediculae Minervae Victoriae in Acropoli Atheniensi, F.-W. 765, 771, 779, L. Ross, Akrop. t. 13, Studniczka, Siegesgöttin fig. 49; Roscher s. v. Nike fig. 16; Millingen, Vas. Coghill t. 29, 1 = Roscher s. v. Erinyes col. 1333; ibid. 1335 = Baum. II fig. 1315; Mon. Antichi Lincei 14 t. 5; non alatae sunt Erinyes Mon. IV t. 48 = Rayet-Coll. fig. 114.

<sup>7)</sup> Michaëlis VI N = J. H. S. IX pag. 9 fig., F.-W. p. 256.

<sup>8)</sup> Mon. Piot IV '97 p. 184 fig. 8 tab. 15 et 16.

<sup>9)</sup> Att. Gr. t. 154-824; 156-815; 157; Berl. Sk. 505, Furtw. Sabouroff t. 35.

<sup>10)</sup> Furtw. Samml. Sabouroff tab. 15-17; Att. Gr. tab. 33-71; 168-881; 259-1176; Gius Pellegrini, Vas. Museo Bologna t. 3 no. 363; Schöne, Gr. Rel. t. 63; Edm. Pottier, Douris fig. 2

<sup>11)</sup> F.-R. t. 8; 9; 30; 59; Brit. Mus. Cat. Vas. E 228. Cf. in anaglypho Musarum Mantinea reperto, Svoronos, Athen. Nat. Mus. t. 30; Ep. ἀρχ. '91 t. 4; Berl. Sk. 796.

in pectore decussata zonam retinent (Gall. bretelles), velut lucide explanatur imagine viri, cuius corporis pars superior nuda est <sup>1)</sup>; in vasis Apulicis et Italicis passim inveniuntur, reges orientales et Amazones prae ceteris iis utuntur <sup>2)</sup>. Forma tenuis cum his congruunt ornamenta vel amuleta, quae et alibi <sup>3)</sup> et in picturis Pompeianis vulgata sunt <sup>4)</sup>. Denique memoramus vinculum, quod ab alterutro umero obliquum descendit: sive est amuletum (fig. 30 et supra pag. 23), sive ex male intellecto loro, quod in archetypo pharetram vel ense gestabat, ab imitatore inconsulto repetitum <sup>5)</sup>.

1) Auriga F.-R. t. 89; cf. Amazones, Baum. s. v. fig. 63.

2) F.-R. t. 10; 60; 89; 90; Dar.-Sgl. s. v. Cingulum fig. 1477-8; Heyd. Hall. Winck. Pr. '86 t. no. 3; Panofka Musée Blacas t. 30; Antiq. Bosph. Cimmér. t. 70, 3 et 6; t. 72. 1; C. R. '65 t. 3, 2; Gerh. Etrusk. Sp. I t. 10.

3) Tale quid indicare videtur poeta Anth. Palat. II vs. 289: ἀμφὶ δὲ μαστίχας  
μαστῆς ἐπιξέει κελύξας; cf. Heyd. Gr. V. t. 9, 1; C. R. '60 t. 3, 3; '77 t. 5, 1, Myrina t. 16.

4) Museo Borbonico II t. 18; III t. 35; IV t. 2; Zahn III t. 10; Herrmann, Denkm. Maler. Altert. t. 17; 43; cf. Dar.-Sgl. s. v. Catena fig. 1248.

5) Berl. Sk. 60a; Brit. Marbl. X t. 23; Ath. Mitt. '85 t. 1; ectypum gypseum Sisyphi Delphis reperti, in Antiq. Berlin. Inv. 2390.

## CAPUT III.

### De ludis.

Quicumque de pueri vita agere sibi proposuit, non multum dubitat, quin de ludendo sibi sit scribendum neque veretur, ne terminos argumenti propositi transeat, quidquid luditur tractans. Aliud valet de antiquis temporibus, cum puerilis natura in adultis vigere nunquam prorsus desinebat. Sic explicandae sunt pupae mulieres, cum sepelirentur, comitantes <sup>1)</sup>; item magni catervatorum e sepulcris adulterorum eruti <sup>2)</sup>; licet Leonidas poeta ἀστραγάλλαι inter κερκεσσύνης παίγνια numeret, quae Philocles quidam, ephebus factus, Mercurio consecrat <sup>3)</sup>. Notum est Alexandrum, Catonem, Caesarem pila ludendo gavisos esse. Itaque ex omnibus ludis segregandi et accuratius tractandi sunt ei, qui a pueris factitabantur <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Velut in sarcophago mulieris nobilis Creperciae Tryphaenae pupa erat, cuius digiti aureis anellis ornati erant. Bull. Commun. Roma XVII '89, pag. 178 = Dar.-Sagl. s. v. Pupa, fig. 5853. Cf. pupae ex sepulcro mulieris C. R. '69 t. 3, p. 162, '67 p. XV.

<sup>2)</sup> Pottier-Reinach, Myrina pag. 90 in sepulcro 95 viri et mulieris erant 161 tali, in sep. 96 mulieris 230 tali.

<sup>3)</sup> Anthol. Pal. VI, 309.

<sup>4)</sup> De hac materia iam egerunt scriptores antiqui. Scriptum esse de ludis narrat Ovidius Trist. II 4; auctorum nomina non addit. Graece scripsit Suetonius, cf. Suidas s. v. Τράγυλλος: ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι παιδιῶν βιβλίον ἄ; fragmenta edidit Reifferscheid. Multa collegit Pollux IX 94—129.

His temporibus praeter enchiridiorum scriptores (Hermann-Bluemner; Becker-Goell; Schreiber, etc.), praecipua opera composuerunt de hac re: O. Jahn Berichte der Sachs. Gesellsch. der Wissensch. 1854 pag. 243 etc. L. Grasberger, Erziehung und Unterricht. Vol. I 1864 L. Becq de Fouquières. Les jeux des anciens ed. II 1873. C. Robert. Arch. Zeit. 1879, pag. 78. W. Richter. Die Spiele der Griechen und Römer. 1887. Baumeister s. v. Kinderspiele; Dar.-Sgl. s. v. Ludi.

### De pila <sup>1)</sup>.

Primum locum inter ea, quibus pueri ludebant, antiquitus sicut hodie pila obtinet. Longum est omnia monumenta enumerare, quibus haec lusio explanatur <sup>2)</sup>: in explicando non multum prodest quod variae rationes ludendi ex descriptione notae sunt; cum enim scriptores recentioris sint aetatis <sup>3)</sup>, non constat quatenus eorum testimonia de antiquioribus Graecis valeant.

De natura pilae monumenta confirmare videntur, ex pumulis (Graeco  $\sigma\tilde{\nu}\lambda\lambda\alpha$ ) eam esse consutam ( $\epsilon\tilde{\nu}\phi\tilde{\iota}\mu\sigma\nu$  fortasse dictam <sup>4)</sup>), quorum suturas conspicimus, aliis ornamentis additis <sup>5)</sup>. Quod autem putant pilam antiquam vim resultandi non habuisse <sup>6)</sup>, recordanda est ludendi ratio, quae  $\epsilon\tilde{\nu}\sigma\tilde{\nu}\rho\tilde{\alpha}\tilde{\nu}\tilde{\nu}\tilde{\nu}$  (Latine expulsim pila ludere) dicebatur: pila magna vi in solum deiecta <sup>7)</sup>, cum resultabat, identidem reiciebatur: quod qui saepissime uno tenore fecerat, victor pronuntiabatur <sup>8)</sup>: cum legimus pilam crinibus refertam esse <sup>9)</sup>, iam ex eo concluditur eam facile resultare. Quam exercitati nonnulli in ludo pilae fuerint, colligimus ex muliere picta, quae sedens in solio tribus pilis simul ludit; pilarii, qui etiam genibus et pedibus utuntur eo numero non contenti sunt <sup>10)</sup>. A pluribus

1) Dar.-Sagl. s.v. Pila; Baumeister s.v. Ball; H.-Bl. p. 292; Marquardt p. 818 etc.

2) Pueris et puellis pilae attribuuntur in anaglyphis sepulchralibus Att. Gr. no. 283; tab. 66; 103-462 (fig. nostra 7); 161 (fig. nostra 22); 190 (in sacco); 225-1113; cf. fig. n. 26 et in vasibus Bennd. Gr. V. t. 36, 5; fig. n. 33; Brit. Mus. E 548.

3) Velut Antyllus medicus II saec. p. Chr. n. florens scripsit  $\pi\epsilon\tilde{\rho}\tilde{\iota}\ \pi\alpha\tilde{\iota}\sigma\tilde{\nu}\mu\epsilon\tilde{\nu}\omega\nu\ \beta\omicron\tilde{\nu}\tilde{\nu}\tilde{\nu}\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ ; ex quo excerpsit Oribasius et alia et  $\pi\epsilon\tilde{\rho}\tilde{\iota}\ \sigma\tilde{\nu}\chi\tilde{\iota}\epsilon\tilde{\nu}\alpha\tilde{\nu}$ ; Oribase VI. 22 ed. Bussemaker-Daremb. Paris 1851.

4) Quod pro tradito  $\epsilon\tilde{\nu}\phi\tilde{\iota}\mu\sigma\nu$  Anth. Palat VI 309 scribit J. Geffcken Jahrb. Class. Philol. (Fleckeisen) suppl. 23 1897.

5) Antiq. Bosph. Cimmérien t. 61,6 = Jahn, Ber. Sachs. Ges. Wiss. '54 t. 13 = Dar.-Sagl. fig. 5664; ibid. s.v. Cernuus fig. 1326; Panofka, Musée Blacas tab. 26; Baum. fig. 448; Elite IV t. 60 et I t. 16, in ultimo exemplo pila manubrium habet, quo ferri potest.

6) Furtw. Samml. Sabouroff ad tab. 92.

7) De pariete pila recutitur, qua ludit puella Ann. '57 tab. B. C.

8) Grash. p. 92; Marquardt p. 820, 5; Laborde Vases Lamberg I 46 = Dar.-Sagl. fig. 5666; Laborde I fig. 12<sup>bis</sup> = Millingen Vases peints tab. 12 = Elite IV 69.

9) Anthol. Palat. XIV 62; Anthol. Lat. ed. Riese 1- pag. 236. 58.

10) Heyd. Gr. V. t. 9, 3; Jahrb. XI p. 192; Anz. '93 p. 95; Dar.-Sagl. s.v. Pilarius.

una luditur simulque instituitur certamen ea conditione, ut victor victo (fortasse *ἔως*; dicitur<sup>1)</sup>) gestandus sit. In monumentis modo umeris fertur, modo in dorso sedet vel haeret cruribus divaricatis; si vestitus victoris vel victricis longior est, unum tantum genu sustentat victus amlabus manibus, quas in dorso iunctas et inter se implexas habet<sup>2)</sup>; hanc speciem ludi nomen *ἐν ζοτύλῃ* indicare videtur, siquidem *ζοτύλῃ* cavum est, quod manus iunctae efficiunt<sup>3)</sup>; sin vero utriusque manus cavum *ζοτύλῃ* dicitur, alia monumenta laudanda sunt, ut illud *ἐν ζοτύλῃ* explanetur<sup>4)</sup>; quod autem contendunt etiamsi ambo genua sustententur manus in dorso inter se implexas esse<sup>5)</sup>, unusquisque experimento facto facile sibi persuadere potest talia a scholiastis efficta esse, non a pueris factitata: imago oenochoe laudatae praesto est ad refellendum.

Nomen quo de genere ludus inter se gestandi indicatur *ἐφεδρισμός*; sive *ἰππαστι καθίξις* esse videtur: multum est disputatum de discrimine inter *ἐφεδρισμόν* et *ἐν ζοτύλῃ*<sup>6)</sup>, quae disputatio in discrepantia testimoniorum vix fructum ostendit. Cardio rei esse videtur, ut bene distinguantur ii qui in umeris (rarius in dorso) sedent ita ut manus liberae sint, ab iis qui in dorso haerent manibus impeditis: illi sive captare possunt pilam (fig. 23<sup>7)</sup>, sive ipsi iacere (fig. 33)<sup>8)</sup> (in

<sup>1)</sup> Anthol. Pal. 14, 62: quod nomen non semper ad gestandi munus est referendum: contemptum significat, sicut victor honoris causa *βασίλειος* dicitur, Plat. Theaet. p. 146 A.

<sup>2)</sup> Sic puellae multae ex argilla cocta figuratae sunt, Winter Typen II p. 136-7: cf. Ausgewählte Gr. Terrakotten im Antiquarium 1903, tab. 17 et 18: quoniam ludus inter se gestandi non necessario cum pilae ludo iungendus est, bene accidit quod in duabus exemplaribus manus cum pila conservata est: quae in plerisque est refracta: cf. Furtw. Samml. Sabonroff t. 81 et Dar.-Sgl. s. v. Ephedrismos fig. 2684.

<sup>3)</sup> Cf. Hesych. s. v. *ἐν ζοτύλῃ τὰς χεῖρας ὀπίσω πλέξαντες δέχονται τὸ γόγγυ* (singul. num.); Athen. XI p. 479 A; Pollux IX 122: Paus. apud Eustath. ad Iliad. 22, 494 p. 1282, 54, cf. Grasb. p. 109.


<sup>4)</sup> Lepidissima imago est in oenochoe Berl. V. 2417, Arch. Zeit. 79 tab. 5; una manu cavata virgo Amorem fert, de Laborde. Vases-Lamberg I tab. 46. 2 = Dar.-Sgl. s. v. Pila fig. 5666. Eadem ratione Aeneas patrem fert, altera manu hastam gerens Gerh. A. V. t. 216; in museo Lugduno-Batavo Cat. 705 XV 58 et 59, Roulez t. 16 et 15.

<sup>5)</sup> Grasb. pag. 109.

<sup>6)</sup> Grasb. p. 106 etc. Robert, Arch. Zeit. 79 p. 79; II.-Bl. p. 300; Petersen, Rom. Mitt. VI p. 274; Dar.-Sgl. s. v. Ephedrismos.

<sup>7)</sup> = P. Gardner Cat. Vas. Ashmolean Mus. no. 250 tab. 9; cf. Brit. Mus. Cat. Vas. B 182; ibid. E 467, J. H. S. XI tab. 12.

<sup>8)</sup> In pictura Pompeiana (Casa dei Vettej) Amor in dorso alterius inclinati positus iacit in scopum, Herrmann-Bruckmann. Denkm. der Malerei des Altert. tab. 26.



23

monumento Aegyptio tam iaciens mulier quam captans in dorso sedet<sup>1)</sup>); — hi gestantiumumeros amplectuntur, ne retro cadant; nonnunquam eorum oculos manibus tegunt<sup>2)</sup>. In illis exemplis eodem tempore, quo gestantur, pila ludunt, gestantes autem eodem loco manent, manibus nixis in genibus (*zoβησίδα?*)<sup>3)</sup>; — in his post ludum pilae peractum victores praemii gratia vectantur umeris vel dorso: idem separatim ludi potest, etiamsi nulla pila est adhibita<sup>4)</sup>. De utroque genere ludi Choibus acto vid. infra p. 90 (fig. 33).

In variis descriptionibus ludi apud antiquos scriptores frustra requiritur id genus, quod hodie primum inter paria est, pedibus praesertim adhibitis<sup>5)</sup>; loci, quibus argumento utuntur, etiam contrarium probare videntur: Seneca Epist. 80. in memorando spectaculo *τῆς σφαιρομαχίας* „lacertos umerosque

1) Gardner Wilkinson, *Manners and Customs of the ancient Egyptians* Vol. II p. 429 no. 302.

2) *Arch. Zeitr.* '79 tab. 5, cf. *Pollux* IX 119, *Grasb.* p. 107.

3) *Figura aenea, quae virum tali statu exhibet, eo modo explicatur, ut olim alter in umeris eius positus fuisse putetur, Rom. Mitt.* VI tab. 7.

4) Cf. *Mon.* I 47b = *Dar.-Sgl.* fig. 2685; *Ἐφ. ἀρχ.* '05 tab. 1; *Jahrb.* III p. 252 fig.; *Caylus, Recueil d'antiq.* II t. 83, 4.

5) *Konr. Koch. Die Geschichte des Fussballs im Altertum und in der Neuzeit.* 2. Aufl. Berlin 1895.

miramur” scribit; quod dicit eos qui ludo intersint pugnos pariter et calces ferre, saepe proiectos et conculcatos esse, nihil probat nisi acrem contentionem fuisse. Antyllus l.c. ipsam *μεγάλην σφαιρην* — quae pedibus adhibitis aptissima est — manibus alte sublatis iactari scribit. Explicat Collignon (B. C. H. VII '83 p.294) versus ex Vespis Aristophanis 1492 et 1530 *σκέλει; σφαιρίων γ' ἐκλεχπίζων; εἶπτε σκέλει; σφαιρίων*, hoc modo: renvoyer avec la jambe la balle dite *σφαιρία*; a quibus locis pila prorsus aliena esse videtur: de saltandi genere agitur; in anaglypho sepulcrali <sup>1)</sup> invenis corpus exercitat aequilibrium pilae in genu positae conservando. Talibus pilis etiam ludum pedum actum esse per se probabile, sed nondum probatum.

Cum hodierno ludo „tennis” comparandus videtur ludus quem describit Cinnamus <sup>2)</sup>: pila pulsatur ligneo baculo inflexo, chordis instructo; fortasse pilam baculo ferit puer in oenochoa parva <sup>3)</sup>, sed res dubia fit, cum in aliis vasculis huius generis (puerorum in usum omnibus factis) baculo sive uvas sive oenochoam ferire vel tangere conari pueros conspicimus; in aliis baculum manu tenent nulla certa causa <sup>4)</sup>.

### De talis <sup>5)</sup>.

*Ἀστράγγυλος*, talus ossiculum est in eo articulo pecudum, cervorum, qui superiorem partem cruris posterioris iungit cum inferiore. Cum hoc articulo bisulcorum, in corpore humano commissura pedis et cruris comparanda est. — non genu: supra calcem hominis talus sive astragalus est. Unde errore orto talum bovis, caprae, ovis in pede quoque reperiri crediderunt. Experimenta falsis his talis habita effecerunt ut scientia de hac re satis turbida sit. Multa correxit Bolle, qui Aristotelis descriptionem <sup>6)</sup> secutus, quale ossiculum esset.

1) Ibid. t. 19. Att. Gr. t. 225-1113; cf. Winter, Typen II p. 160; Anz.' 93 p. 95.

2) Hist. VI, 5; agit de Byzantio Saec XII p. Chr. n.

3) Quam describit Collignon Cat. Athènes 427.

4) Burlington Cat. '88 no. 32; Collignon no. 423; Collignon-Couve 1333 et 1879.

5) Beeq p. 325; Heydemann, 2. Hall. Winck. Progr. '77; H.-Bl. p. 298; L. Bolle, Das Knöchelspiel der Alten, Wismar 1886; Pauly-Wiss. s.v. Astragalos; Baum. s.v.; Robert 21. Hall. Winck. Progr.; (Dar.-Sgl. s.v. Tali, nondum editum).

6) Arist. Hist. anim. II p. 499 B (Bekker).

quod cuique lateri nomen, recte indicavit. Latera autem facillime inter se distinguuntur neque numeris vel signis inscriptis opus est: signa olim extitisse conicitur (H.-Bl. p. 512. 3), attamen perraro in talis, qui innumeri ex sepulcris eruti sunt, inscriptio occurrit: cum autem occurrit, non omnia latera distinguuntur, sed unum tantum vel duo. Recte inde efficitur eos talos non ad ludendum adhibitos esse, sed ad memorandum et ratiocinandum quid quisque lucratus esset (fiche, Spielmarke): omnino non apti erant ad ludendum tali quidam quorum latera duo plana reddita erant, ut in altero inscriptio facilius incidere, altero plano reddito poni posset<sup>1)</sup>. In explicandis inscriptionibus praeterea attendendum est non omnes talos in usum ludentium fuisse: amuleti vim talo leporis inesse dicit Plinius (N. H. 28, 199): suspendi poterat, nempe in corpore hominis, talus de quo agit Ficoroni (op. cit. p. 87).

Cum autem luderetur talis, haec erant nomina laterum: inter se opposita duo sunt latiora:  $\pi\rho\upsilon\sigma\acute{\epsilon}\varsigma$ ; convexam praebet formam (*Neerlandice* rug, i. e. dorsum),  $\acute{\upsilon}\pi\pi\tau\iota\sigma\upsilon$  concavam (*Neerl.* put, i. e. puteus): minus lata sunt itaque inter se opposita  $\alpha\lambda\epsilon\upsilon$  satis planum (*Neerl.* staander, i. e. latus quo stat<sup>2)</sup>),  $\chi\acute{\iota}\sigma\upsilon$  formam auris humanae sive litterae S praebens (*Neerl.* es)<sup>3)</sup>. Valent autem  $\pi\rho\upsilon\sigma\acute{\epsilon}\varsigma$ ; 4,  $\acute{\upsilon}\pi\pi\tau\iota\sigma\upsilon$  3,  $\alpha\lambda\epsilon\upsilon$  6,  $\chi\acute{\iota}\sigma\upsilon$  1: contemnendi causa  $\chi\acute{\iota}\sigma\upsilon$  alio nomine  $\alpha\lambda\epsilon\upsilon$  dicitur. Tali iactati ita positi esse solent, ut saepius sursum spectet  $\pi\rho\upsilon\sigma\acute{\epsilon}\varsigma$  aut  $\acute{\upsilon}\pi\pi\tau\iota\sigma\upsilon$ ,

<sup>1)</sup> Myrinae in sepulero pueri reperti sunt sex tali inscriptiones praebentes: ΕΟΡΤΗ, ΣΗ, Υ: formas tridentis, scalae, bipennis: cf. Myrina p. 217 fig. Praeterea tali cum inscriptionibus memorantur *Compte Rendu pour '68* pag. 123: Μ, ΕΡΩΣ ΑΙΑΣ, ΚΡΕ: ΕΡΩΣ: *Ann.* '74 tab. 8: ΤΥΑΥ. Ficoroni, I tali ed altri strumenti lusorj, bis legit in talis  $\frac{\epsilon}{\Gamma}$ , pag. 86. Tab. I. Heyd. op. cit. p. 6 adn. 16, citat inscriptionem in talo oburneo „Petronilla lude felix salvo Cyriaco cum tuis omnibus“.

<sup>2)</sup> Revera hoc latere positus est talus permagnus, qui basis locum olim obtinuit statuae Polycoloti, quam Plinius 34. 55 „nudum talo incessentem“ memorat: quae basis Olympiae reperta est *Olymp.* III Tab. XVI b. 2 cf. Benndorf, *Festgabe-Anton Springer '85*.

<sup>3)</sup> Duo latera reliqua in ludo non respiciuntur, quia perraro iis utitur talus: quia tamen 750 experimentis factis quinquies (5) ita cecidit talus, ut eo latere staret, cui propter formam nomen erat  $\alpha\lambda\epsilon\upsilon$ . Bolle coniecit Ciceronem hoc voluisse, cum scriberet „esse quasi finem et ultimum ita iacere talum, ut rectus assistat“: quod utrumque rarissimum. *Cic. de fin.* III § 54. Sexto latere stare nullo modo potest; nomen eius ignotum, si unquam fuit.

rarius  $\alpha\acute{\omega}\sigma\upsilon$  aut  $\chi\acute{\iota}\sigma\upsilon$ . Experimentis factis Bolle comperit, cum ducentis quadragies sexies (246)  $\Upsilon\pi\tau\iota\sigma\upsilon$  sursum esset, 272  $\pi\rho\alpha\upsilon\eta\acute{\epsilon}\varsigma$  sursum esse, contra  $\alpha\acute{\omega}\sigma\upsilon$  118,  $\chi\acute{\iota}\sigma\upsilon$  114<sup>1)</sup>. Itaque refellitur opinio eorum qui contendunt  $\chi\acute{\iota}\sigma\upsilon$  minimi esse, quia saepissime occurrat (falsis illis talis experimenta facta erant). Quod autem dicunt iactum quemlibet denominari a latere, quod infimum locum obtineat, itaque non conspiciatur, id iam satis mirum esset in talis, sed prorsus ineptum fit, si tecum reputas pretium talorum laterum (1. 3 4. 6) derivatum esse de tesseri; tesserae iactus sine dubio tanti est, quanti latus, quod sursum spectat.

Ludum non minus adultorum quam puerorum fuisse iam vidimus (p. 60 adn. 2); tamen artifices potissimum pueros eo occupatos sibi finxerunt; de ratione ludendi non multum docent monumenta, praesertim cum eae partes, quae de numero talorum certiores nos faciunt, velut basis in qua tali iactati positi erant sive manus, quae iactatura erat, saepius perierint. Certum testimonium praebent duae picturae Pompeianae in quibus liberi Medae conspiciuntur<sup>2)</sup>: unus ex iis quattuor talos deiecit; quem numerum solitum esse iam ex eo efficitur, quod is iactus plurimi aestimabatur<sup>3)</sup> in quo respectis lateribus quae sursum spectabant unumquodque a reliquis differebat: quattuor erant latera, ergo quattuor talis opus erat. Alia ratione ludunt puellae duo, ex quibus una iecisse videtur unum talum, qui est in solo<sup>4)</sup>. Saepe unus tantum puer conservatus est, licet appareat eum olim cum comite una figuratum fuisse, velut statua est marmorea in Vaticano (Museo Chiaramonti 338): puer tristi vultu talos tenet manu ad pectus adstrictos; desideratur alter cum quo ei rixa est. Corpus huius statuae repetitum est in museo Berolinensi (487); caput, quod hodie Berolinensi exemplari impositum conspicitur, alienum esse, quia hilarem praebeat speciem, monuit Amelung (cf. Catal. Vaticani l. c.). Si recte contendunt Apollonium Rhodium hanc vel similem statuam vidisse, cum scriberet versus III 117 etc., tamen argumentum mutavit poeta, nam Amor apud Apollonium superbe

<sup>1)</sup> Ad similes numeros experimentis perveni: 142: 159: 48: 51.

<sup>2)</sup> Museo Borbonico V 33 = Becq. p. 333 = Baum. fig. 155; G. Rodenwaldt, Die Komposition der Pompej. Wandgemälde Berl. '09 fig. 18.

<sup>3)</sup> Apud Romanos huic iactui nomen erat Venus; Bolle conicit eundem fuisse qui Graece  $\text{Εὐρηπίδης}$  = dicebatur.

<sup>4)</sup> Figurae ex argilla cocta. Heyd. l. c. tab. II 1 = Winter, Typen II p. 135, 3.

ridet, nequaquam tristis est. Iam manus conseruerunt pueri, quorum alter tantum conservatus est; alterius bracchium conspicitur: talus quem manus tenet causam pugnae indicat (Br. 54). E duabus puellis rixa commotis una ad nos pervenit (Heydeman l. c. tab. 1). Non omnes statuæ, quæ singulos pueros talis ludentes præbent, olim cum altera figura coniunctæ erant; (cf. nummus Cicerii, in quo nymphea conspicitur talis ludens) cum solus puer ludebat, non de pretio agere videbatur, sed sollertiæ studere, sicut hodie puellæ sæpe nihil aliud curant in ludendo, nisi ut talos celeriter vertant, colligant, reiciant. Notissima est puella, sæpissime repetita tam e marmore<sup>1)</sup>, quam ex argilla cocta<sup>2)</sup>.

Inter ea, quæ adhibebantur in ludendo talis, hæc sunt referenda: fritillus vel phimus (*φίμος*), quo iactantur tali; fraudare prohibet<sup>3)</sup>; *φρμίσκος* ad talos deponendos<sup>4)</sup>; caput ex argilla cocta, Herculi simile, in cuius cervice decem tali parvi depositi erant in loculo, qui ita in parte postica positus et paene abditus est, ut consilium pueros gaudio necopinato afficiendi affuisse videatur; sicut hodie in festis puerilibus fieri solet<sup>5)</sup>.

Multa talis luduntur, quæ aequo iure aliis rebus, velut n u c i b u s, calculis, fabis ludi possunt; ex. gr. *ἀρτισμός*; (Latine: ludere par impar), *ἐμίλλω* (tali intra circulum iaciendi erant) etc.<sup>6)</sup>. Memorandum videtur præ ceteris *το πεντελιζίζιον*, cum optime explicet quam exercitati fuerint pueri Graeci: quinque tali, nuces, calculi etc.) in dorso manus ponebantur, sursum iaciebantur, denuo dorso manus recipiendi erant, vel si forte nonnulli humum ceciderant, digitis suscipiendi erant eiusdem manus, cuius in dorso reliqui tali positi erant. Huius lusus imago præclara ab Alexandro Atheniensi picta est in marmore, Herculanei eruto<sup>7)</sup>; idem ludit Amor, calculis ut videtur; qui etiam plures

1) Ex. gr. Berl. Sk. 494, Br. 520; duo talos in basem deiecit, duo submanu tectos retinet; alia exempla enumerat Heyd. l. c. p. 23.

2) Winter, Typen II pag. 134 etc.

3) Daremb.-Sagl. s. v. Fritillus.

4) Plato, Lysis p. 206 E; in vasibus Heyd. l. c. p. 28 fig.; Gerh. A. V. t. 278 etc.

5) Myrina tab. 52, 2 et 3; idem fortasse crepitaculum erat, vid. supra p. 27 adn. 5.

6) Cf. Pers. Sat. III 50; Heyd. l. c. pag. 8; Grasb. I 65, 68, 143; H.-Bl. p. 297.

7) Robert, 21. Hall. Winck. Progr. '97; Roscher II col. 1979; cf. Pauly-Wiss. s. v. Alexandros.

quam quinque dorso manus recepit<sup>1)</sup>. Minus certum, num huc pertineant puella ex argilla cocta, manu reversa — tali non conservati sunt — <sup>2)</sup> et Amor in pyxide inaurata, calculis ludens <sup>3)</sup>. Tali apti non sunt ad ludum, in quo „per tabulae elivum” labuntur nuces sive lapilli teretes: nuces, quas demittunt, ita sunt dirigendae, ut ex nucibus, quae iam humi positae sint, suam quisque tangat <sup>4)</sup>; idem luditur anulis in sarcophago, sed dubitatur an geminus non sit <sup>5)</sup>.

Obiter memoramus lapillos et disculos ex vitro variis coloribus, quos ad ludendum adhibitos esse verisimile <sup>6)</sup>.

### De turbine et rhombo <sup>7)</sup>.

Aias ad Hectorem lapidem iecit, *στρόμβον δὲ ἔσπευε βαλόν, περὶ δ' ἔδραμε πάντῃ* (Ilias XIV 413). Motus Hectoris vertigine capti (aut lapidis) comparatur cum incerta via, qua turbo verberare actus per solum vagatur. Exornavit comparationem Vergilius Aen. VII 378, ad repraesentandam Amatae, quae „fuit lymphata per urbem”. In utroque loco turbo quem flagello incitant intellegendus est. nec minus apud Aristophanem *Aves* 1461 *βέμβιξ*; ambiguo sensu *μιστιέ* memoratur) atque Callimachum (Epiqr. 1, 9 *ὑπὸ πλῆγῃσι σοῶς βέμβινος ἔχουτες*). Est idem genus, quod in monumentis conspicitur: in cylice (fig. 36) puer turbinem et verber terrore percussus reiecit; quae puerilis aetatis sunt indicia:

<sup>1)</sup> Brit. Mus. Cat. Vas. E 591, Heyd. l. c. t. 2, 2. Vas, in quo hoc ludo occupata est mulier, describit Heyd. l. c. p. 13, adn. 55; ubi hodie sit, non constat.

<sup>2)</sup> Tanagrae est reperta, cf. Gaz. Arch. '78 t. 9.

<sup>3)</sup> Heydem. Gr. Vas. tab. IX 1; fortasse fructus grano ludit puer in aryballo Attico Berl. V. 2493, Arch. Zeit. '79 t. VI 3 p. 82; Grasb. p. 139; cuius pueri gestui persimilis est Heyd. Gr. V. tab. suppletivae fig. 5, Berl. V. 2488; sed respecta planta conicias insectum aliquod captare conari hunc puerum, cf. Dar.-Sgl. s. v. Ludi fig. 4649; Arch. Zeit. '67 p. 126.

<sup>4)</sup> Cf. Nux elegia vs. 77, Poet. Lat. min. Baehrens I p. 88; Ann. '57 t. B. = Dar.-Sgl. s. v. Nuces; Grasb. p. 66; pueri qui nucibus ludunt passim occurrunt in sarcophagis, ex. gr. Gerh. A. B. t. 65; Amelung, Cat. Sculpt. Vatic. 467A t. 68; multa enumerat Heyd. 3 Hall. Winck. Progr. '79 p. 21 adn. 42; Marquardt p. 816; Arch. Zeit. '75 p. 35.

<sup>5)</sup> Guattani, Mon. Antichi Ined. 1786 t. 3 = Becq p. 124; cf. Dar.-Sgl. s. v. Nuces adn. 12; anulum iacit iuvenis Montfaucon III, 2.

<sup>6)</sup> Myrina Catal. 526 et 542; St. Gsell, Fouilles-Vulci '91 sepulcrum 49 no. 50 et 79 A no. 19.

<sup>7)</sup> Grasb. p. 77; H.-Bl. p. 293; (Dar.-Sgl. s. v. Turbo, nondum editum).

puella vel mulier paene adulta eodem ludo delectatur; quam pinxit Hegesibulus in cylice <sup>1)</sup>; in tertio exemplo videri potest antiquus Hugo Grotius pictus esse, nisi probabilius est, respecto puero qui adstat, barbatus huic nugas agere exemplum secutum Iovis, qui cum Ganymede pueriliter ludit <sup>2)</sup>. Flagellum in pariete suspensum conspicitur in vase, quod exhibet duas puellas talis vel similibus ludentes <sup>3)</sup>.

Falso turbo dicitur instrumentum quod est in pictura <sup>4)</sup>.

Veri turbines reperti sunt in Cabirio Thebano, alii figulino opere facti, alii aenei <sup>5)</sup>; eo minus de natura eorum dubitatur, cum index quidam dedicationis in Cabirio praeter alia et haec inscripta praebat: *αστραγαλῶς πετταρῶς στρόβιλου μαστιγῶς*. Itaque turbines, qui eruti sunt, quondam consecrati erant, — puero nimirum; (puerum quoque monstrant tali simul dedicati). Quisnam puer fuerit vix dubium, cum saepissime in consecrationum inscriptionibus haec inveniuntur: *ΤΟΙ ΠΑΙΔΙ*, in aliis *ΠΑΙΔΙ ΚΑΒΙΡΟ* <sup>6)</sup>. Si autem iure Cabirus idem esse dicitur ac *Zeus. παῖς*; idem esse ac Dionysos-Iakchos, turbines nostri comparandi sunt cum iis, qui in mysteriis adhibebantur: in memoriam revocabant Titanes olim Iakchum puerum multis donis ad se allexisse ut divellere possent; inter dona erant *ζῶνος; καὶ ῥόμβος; καὶ παίγνια κκμπεσίγυια* <sup>7)</sup>. Clemens Alex. vocem *ζῶνος*; explicat per *στρόβιλος*; Arnobius Clementis locum imitatus per „turbinem“ reddit <sup>8)</sup>. Nomen *ζῶνος*; melius, quam exemplaria hucusque allata, explanat turbo ex argilla cocta <sup>9)</sup>, ad conii formam proxime accedens; neque discrepant ii quos hodie pueri parvo pretio emunt; forma talis est, ut flagello optime incitari possit: cum autem videamus turbines ex Cabirio, paulo aliter formatos, prorsus similes esse iis quos in vasibus pictis verberibus incitari conspeximus, iam

<sup>1)</sup> v. Branteghem no. 167 Tab. 42 = F.-R. II p. 181 : pictus est circa annos 470-460.

<sup>2)</sup> Hartwig, tab. 72. 2.

<sup>3)</sup> Heyd. 2. Hall. Winck. Progr. p. 28 fig.

<sup>4)</sup> Antichità d'Ercolano I tab. 32; cf. Jahn ad Pers. 3, 51; infra p. 80 adn. 5.

<sup>5)</sup> De forma cf. Ath. Mitt. XIII '88 pag. 427, XV '90 pag. 374.

<sup>6)</sup> Ath. Mitt. XV pag. 397.

<sup>7)</sup> Orphica fragm. 196 rec. Abel; cf. infra p. 78 adn. 6.

<sup>8)</sup> Clemens Alex. Cohort. p. 15; Arnobius adv. nationes V 19.

<sup>9)</sup> Brit. Mus. Guide-Greek and Roman Life 1908 pag. 193.

constat illis quoque flagello opus esse; cui pars superior satis lata tanquam ansam dabat.

Itaque nullum vestigium occurrit alterius generis turbinum, hodie aequae vulgatorum, qui longiore cuspidi praediti, loro circumvoluto ciciuntur, fremitum plerumque edunt, neque denno incitari possunt (Ncerl. priktol). Quos antiquitus notos fuisse dicunt testimoniis ex scriptoribus allatis, nomen fuisse *σπρέβιλον* putant. Attamen verba quibus nituntur — Plat. Respubl. 436 D: *εἰ σπρέβιλοι ὄλοι ἐστῶσι τε ἄμω και κινδύνου* — optime scribere potuit Plato, etiamsi nullum nisi turbinem flagello incitatum novit. Certe sic intellexit Basilius verba Platonis imitatus<sup>1)</sup>, cum *πληγῶν* inferri dicat: quod sit verberare, non loro circumvoluto. Denique in inscriptione laudata verba *σπρέβιλος* et *μάστιγος* inter se prorsus segregandi essent — parum verisimile dicta —, si nunquam *σπρέβιλος* flagello pulsatus est.

Apud lexicographos varia nomina leguntur, quae idem valent ac *βέμβιξ*. turbo: num recte inter ea *βέμβος* (Att. *βέμβος*) locum obtineat, admodum dubium. De alia huius vocis significatione non dubitatur: eam volo, qua apud poetas Romanos rhombus occurrit: compositus est hoc modo: in media rotula utrimque affixus est duplex funiculus: uterque funiculus manu tenetur, alter dextra, alter laeva ita, ut rotula inter medias manus libere pendeat: cum autem funiculi modo magis tenduntur, modo relaxantur, rotula in vertiginem rotari incipit et partes utriusque funiculi utraeque inter se torquentur; deinde cum tenduntur funiculi, in contrariam partem rotatur rotula, quia funiculorum partes inter se segregantur; sed statim in contrariam partem denno inter se torquentur: quod semper accelerando repetitur, donec rotula tum in unam, tum in alteram regionem rotata fremere incipit: verisimile est hunc fremitum maiorem esse, cum circuitus rotulae dentatus est, quod saepe in monumentis conspicitur. Huius descriptionis explanationem lucidam suppeditat imago in pyxide Attica<sup>2)</sup>: alter funiculus indice dextrae, alter pollice sinistrae tenetur: in alia imagine alterius manus digiti late passi sunt: qui si magna vi funiculi

<sup>1)</sup> Basilius Hexaëmer. homil. 5 in fine: *ὡς γὰρ εἰ σπρέβιλοι ἐκ τῆς πρώτης αἰστοῦ, ἐνδοξείσῃς; πληγῶν; τας; ἐφεξῆς; κινδύνου περιστροφῶς; . . .*

<sup>2)</sup> Brit. Mus. Cat. Vas. E 774, F.-R. tab. 57, 3. cf. Dumont-Chapl. Céram. t. 9.

partes, inter se tortas, separant, magnum impetum rotae dant <sup>1)</sup>; eodem modo alterius manus digitos passos habet mulier (Venus?) una cum Amore figurata in anulo aureo <sup>2)</sup>; nomen rhombus apud mathematicos significat duos conos, quorum bases inter se iunctae sunt — explanatur imagine vasis, in qua funiculorum partes non prorsus in media rota affixae sunt: quae si rotatur figura rhombi revera existit <sup>3)</sup>. Hoc instrumentum, quod nostris pueris non ignotum est, antiquitas inter puerilia locum obtinuisse verisimile. Sane in monumentis nonnisi ab adultis adhibetur: etiam quaeri potest annon idem sit atque  $\beta\epsilon\mu\beta\epsilon\iota$ , is  $\beta\epsilon\mu\beta\epsilon\iota$ , quem puer ille, ephebus iam futurus, cum talis reliquisque rebus Mercurio dedicat <sup>4)</sup>. Attamen poeta fragmenti Orphici laudati nec minus Clemens Alexandrinus, qui  $\beta\epsilon\mu\beta\epsilon\iota$  inter Iakchi oblectamenta esse dicunt, rotulam nostram indicare videntur, ut efficitur e versione Latina Arnobii, qui „volubiles rotulas” scribit (cf. l. c.). Itaque in quibusdam mysteriis proprie puerile instrumentum erat, tamen usus rhombi multo vulgatior erat, quam ut semper e puerili oblectamento derivatus esse putandus sit. Iure fremitum rhombi in magicis actionibus plurimi aestimatum esse coniciunt, collatis aliis instrumentis, qui magnum strepitum edunt, item apud magicos vulgatis <sup>5)</sup>. Magnas fuisse partes rhombi in rebus magicis, amatoriiis praesertim, et aliunde notum est <sup>6)</sup>, et unumquodque fere docet monumentum in quo rhombus conspicitur <sup>7)</sup>. Prorsus discrepat a nostro rhombo instrumentum aeneum, quod Furtwängler  $\beta\epsilon\mu\beta\epsilon\iota$  sive  $\tau\epsilon\tau\chi\epsilon\iota$  esse putabat: est duplex orbis, qui vertitur in axe, longo manubrio ornato <sup>8)</sup>.

1) Tischbein, Ancient Vases IV t. 10, = Becq p. 295, cf. Jahrb. I pag. 306.

2) Comptes Rendus pour 1865 tab. III 25.

3) Brit. Mus. Cat. Vas. F 223 tab. IX.

4) Anthol. Pal. VI 309: vid. supra p. 60 adn. 3.

5) Cymbala, tympana, sistra etc. cf. Gruppe p. 879 et 851; vid. supra pag. 27.

6) Etiam apud Horatium Epod. 17. 7 „citumque retro solve solve turbinem”, de rotula magica agi, — non de turbine, qui coniformam praebet, verberibusque incitatur, — satis constare videtur, respectu praesertim verbo *solve*.

7) F.-R. tab. 57.3 anus capite cooperto magao similis rhombum manibus tenet; saepe Amor vel Venus, prae ceteris in vasibus, quae in Italia meridionali ficta sunt; cf. C. R. pour 1863 Tab. V 2; 1862 t. I 1; Arch. Zeit '57 tab. 108.2; Ath. Mitt. '07 p. 94; Ann. '52 tab. Q; Heyd. Catal. Neap. 2924; Gerh. Etrusk. Sp. t. 326; Herrmann, Denkm. Mal. t. 2.

8) Jahrb. Anz. '94 pag. 119 fig. 18 vid. supra pag. 27 adn. 2.

Inter oblectamenta puerilia huius generis enumerandum est instrumentum quod compositum est duobus disculis exiguo axe inter se iunctis; axi affixus est funiculus qui circum eum volvitur, funiculi pars extrema manu tenetur; cum autem instrumentum deicitur ita, ut funiculus devolvatur, suo ipsius impetu denuo in funiculum ascendit (Gall. l'émigré). Exemplaria quae ad nos pervenerunt ex argilla cocta sunt <sup>1)</sup>.

### De trocho <sup>2)</sup>.

Trochus in monumentis Graecis pueris attribuitur, velut in imagine Amoris ineunte pubertate magna vehementia in pueros irruentis (fig. 36); in stela ephēbi puer trocho ludens in memoriam revocat tempus dulce, quod praeteriit <sup>3)</sup>. Saepissime Ganymedes cum trocho figuratus est <sup>4)</sup> et omnino in imaginibus, quae agunt de amore adversus pueros, trochus magnas agit partes <sup>5)</sup>; etiam dono datur amasiis sicut gallus, lepus <sup>6)</sup>. Cum haec re fortasse cohaeret quod Amor ipse eo ludit; nisi potius pueritiae indicium intellegendum est <sup>7)</sup>. Liberi Medae cum trochis in scenam prodiisse efficias ex verbis Euripidis ἐξ τροχῶν πεπενημένῃ <sup>8)</sup>. Haec non impediunt quominus etiam ab adultis trocho

<sup>1)</sup> Bennd. Gr. V. t. 32, 4; 'Eφ. ἀρχ. '85 t. 5; cf. Berl. V. 2549. Bennd. op. c. p. 62; Dar.-Sgl. s.v. Ludi fig. 4643-5.

<sup>2)</sup> Grash. p. 81; H.-Bl. p. 293; (Dar.-Sgl. s.v. Trochus, nondum est editum).

<sup>3)</sup> Att. Gr. tab. 216; cf. Pottier Catal. Vas. Louvre tab. 98. G 81; Brit. Mus. Cat. Vas. E 467. J. H. S. XI t. 12 (Silenus puer); Berl. V. 2634, Wien. Vorlegebl. I t. 7.

<sup>4)</sup> Museo Etrusco Gregor. II tab. 14, 2 = Élite I t. 18; Ann. '76 t. C; Bull. Napol. V t. 2 (Ganymedes fugiens); Berl. V. 2633, Gerh. Apul. Vas. t. C; Arch. Zeit. 1853 t. 55; cf. Rocher s.v. Ganymedes et passim in lecythis in Sicilia repertis, Arch. Zeit. '67 Anz. p. 114\*.

<sup>5)</sup> Burlington Cat. '04 G 22 (argumentum pueri fugientis imitatur Ganymedem); ibid. H 33 tab. 95; Arch. Zeit. '77 tab. 14.


<sup>6)</sup> Gerh. A. V. t. 65. 1: Amor affert trochum cum virga et sacculum talorum, ut vir habeat quod dare possit.

<sup>7)</sup> Brit. Mus. Cat. Vas. E 296, Raoul Rochette. Mon. inéd. t. 44, 1 = Élite IV t. 48 = Dar. Sgl. s. v. Cupido fig. 2164; F.-R. II fig. 76; Berl. V. 3164, Élite I t. 25; Ann. '51 t. Q R.

<sup>8)</sup> Med. vs. 46: dubium est de accentu (τροχῶν?), cf. Haym. Diss. Philol. Halenses XIII p. 281.

luderetur ex praescripto medicorum, velut ps.-Hippocratis (Herodici, Platonis aequalis? <sup>1)</sup>).

Ligneum esse trochum fig. 36 apparet e vinculis, quae tribus locis partes ligni cohibere videmus. Virga (*ελατήριον*) in Graecis monumentis solet esse recta et longior; semel sinuosam praebet speciem, ad quam tamen non est referendum nomen Latinum clavis adunca <sup>2)</sup>. Ad quod explicandum attendendum est Romanos trochum ex aere fabricatos esse et circumdedisse complures anulos, qui in ludendo sonum ederent argutum, a Martiale garruli dicti <sup>3)</sup>; si quis sibi fingit, quam quassatus sit cursus talis trochi, iam ipse sibi excogitare conaretur instrumentum aliquod, quo obstinatum dirigeret, nisi cippi sepulchralis imago suppeditaret desideratum, nomen clavis dilucide illustrans (fig. 24, anelli in delineatione paulo maiores sunt quam in cippo <sup>4)</sup>); idem sibi vult forma retorta virgae in gemma (fig. 25 <sup>5)</sup>); instrumentum, quo accurate dirigi poterat trochus, eo magis necessarium erat, quia antiqui non contenti erant, si via recta eum agere poterant, sed etiam curvaturas efficiebant, quod docet Antyllus. Ut erant ambidextri, utraque manus vicissim laborem suscipiebat, quod in certamine praesertim magni erat faciendum. In utraque figura virga bulla est instructa, ut maiore vi pulsaret. Virga adunca iam occurrit in monumento Aegyptio <sup>6)</sup> et in sarcophago, in quo discos parvos agunt pueri — attamen dubitant an genuinum non sit <sup>7)</sup>. Trochus cum anulis in mensa collocatus conspicitur in anaglypho villae Albani et alibi <sup>8)</sup>; cum non aptus sit ut a pueris agatur,



24

<sup>1)</sup> *περί διζιτην*, c. 63; C. Friedrich. Philol. Untersuch. XV putat capita 57—66 ex opere Herodici derivanda esse.

<sup>2)</sup> Propertius III, 14, 6: exemplum quod volumus est in cratere Arch. Zeit. 53 t. 55.

<sup>3)</sup> Mart. XI 21, 2; XIV 169; cf. Antyllus apud Oribasium VI 26; hodie apud Helvetios eandem formam notam esse memorat Grash. p. 82.

<sup>4)</sup> Fig. 24 = Ann. '42 tab. G 6; partem exhibet cippi in museo urbis Catajo, qui et aliis figuris ornatus est et muliere cum trocho, cf. Heyd. 3. Hall. Winck. Pr. p. 23. De clavis antiquae forma cf. Dar.-Sgl. s.v. Ianna fig. 4128.

<sup>5)</sup> = Winkelmann Monum. ined. tab. 195. Berl. Geschn. Steine 927; cf. 928; 4630.

<sup>6)</sup> G. Wilkinson, Manners and Customs of the ancient Egyptians II p. 423 no. 298.

<sup>7)</sup> Guattani Mon. ant. ined. 1786 t. 3 = Becq. p. 124, cf. Dar.-Sgl. s.v. Nucca adn. 12.

<sup>8)</sup> Winkelmann, Mon. ant. ined. t. 194; de explicatione vid. de Laborde, Vases



25

suspiciantur hoc instrumentum, quamvis maiore figura, idem sibi velle quod apud nostros musicos triangulum. Nomine tenus cum hoc congruit  $\tau\pi\sigma\zeta\sigma\zeta$ , infra fig. 27.

### De rota et plostellum.

A trocho ad currum infantilem transeuntes in media via invenimus instrumentum, quod quamvis simplex pueros antiquos et puellas multum delectabat: est rota vel discus rotans in axe, qui affixus est baculo longo cum manubrio. In vasibus quorum pictores optices ignari quasi in eodem plano posita essent omnia effingunt, eodem modo pingunt rotam et plostellum; hoc esse figuratum agnoscimus ubicumque capsus cursus cum

antyge est pictus <sup>1)</sup>. Alias dubitatur; certe non licet dicere ad unum omnia exempla plostellum exhibere, velut domum nuper acceptum, quod puer laeto animo tollit (fig. 29), rotam esse simplicem non currum e gestu pueri lucide apparet <sup>2)</sup>; item in anaglypho (supra fig. 22 in medio) temonis pars

Lamberg II ad tab. 44; similia instrumenta occurrunt in picturis, cf. *Le Pitture antiche d'Ercolano* II p. 147; III p. 73, 79, 181: hic illic ex annellis male intellectis serpentis figura extitit. Dubitatur de instrumento (speculum?) in manu iuvenis Winck. op. c. t. 196.


<sup>1)</sup> In parvis oenochois: Stack. t. 17, 3; Heyd. Gr. V. t. 12, 3 = Girard fig. 1; Brit. Mus. Guide Greek and Roman Life fig. 291; Pellegrini, Museo di Bologna no. 295. Élite II t. 89; item explicandum videtur C. R. pour '68 t. 4. 8.

In vase Tarentino F.-R. t. 10; cf. Gerh. Apul. Vas. t. 14, Berl. V. 3291.

<sup>2)</sup> Cf. H.-Bl. p. 294 adn. 4. Quamquam solent explicari Kinderwagen, petit chariot, tamen huc pertinere videntur multa ex his exemplis: Arch. Zeit. '79 t. VI 1 et 4; Furtw. Samml. Sabouroff t. 68, 5 (Berl. V. 2659, 2420-1); Heyd. Gr. V. t. 12, 6. Collignon 418;

inferior crassior est quam ut currus quamvis parvus latere possit <sup>1)</sup>. Etiam hodie prope Acropolim Atheniensem pueri similibus ludunt <sup>2)</sup>. In anaglypho Romano puer rotulam ante se agit (fig. 26 <sup>3)</sup>).

Currus variis mensuris occurrunt: nunc valde exigui, qui parvo pretio emuntur vel a pueris ipsis e corio conficiuntur (*ζυζζις* <sup>4)</sup>), nunc tam magni ut pueri ipsi in iis sedere possint sive ab aliis pueris vecti (chiramaximum <sup>5)</sup>, sive a capris vel canibus <sup>6)</sup>. De partibus, quas agunt currus, *prostella*, *rotae* in celebrandis *Choibus*, cum pueri imitarentur parentes *ζυζζις*, vectos, vid. infra p. 89.



26

Em. Müller, *Festgruss* Zürich '87 t. 2. 1: *Ath. Mitt.* '93 p. 172; *Jahn Ber. Sächs. Ges. Wiss.* '54 t. 12, 1, München 193: fortasse etiam Collignon-Couve 1338 (Klein *L. L.* p. 136): *ibid.* 1878, tab. 51; Pellegrini, *Mus. Bologna*: *piccola oinochoe*. Dubitatur de figura *Antiq. Bosph. Cimm.* t. 61, 6 = *Jahn l. c.* t. 13.

<sup>1)</sup> Cf. *Att. Gr.* tab. 185—194 passim; 225-1116; fig. ad 1267. In anaglyphis non nisi apud pueros occurrit.

<sup>2)</sup> Cf. Collignon no. 418.

<sup>3)</sup> = Gori, *Inscriptiones antiquae Graecae et Romanae* I p. 151 no. 68, cf. *C. I. L.* VI, 2, 13601.

<sup>4)</sup> *Aristoph.* *Nub.* 864 et 880; ea exemplaria, quae *Diasis* emebantur, ex argilla cocta esse coniecit Fivel. *Gaz. Arch.* '79 p. 10, quia ea aetate quotannis magna erat Athenis mercatura rerum fictilium, vid. infra p. 83, 85; tales figurae ad nos pervenerunt, ex. gr. *Dar.-Sgl. s. v. Ludi* fig. 4634; rotula ex aere, Böhlau, *Ion. Ital. Nekrop. sep.* 40 t. 15, 7.

<sup>5)</sup> Nomen occurrit apud *Petron.* *Satyr.* c. 28, cf. *Dar.-Sgl. s. v.*; *C. R. pour '77* t. 5, 4; *Dar.-Sgl.* fig. 2427 = *Girard* fig. 3; in cippo Romano *Arch. Zeit.* '61 t. 155, cf. *W. Altmann, Röm. Grabalt* p. 255; qui laudat *C. I. L.* VI 29947, saec. III.

<sup>6)</sup> *Gaz. Arch.* '78 t. 7, 1; *C. R. pour '63* t. 2, 5; *Bennd. Gr. V.* t. 32, 5, Collignon-Couve 1876; *ibid.* 1875 (C. 425); *Arch. Zeit.* '85 t. 14, 2 = *Dar.-Sgl. s. v. Currus* fig. 2228; *ibid.* fig. 2611.

### „Equitare in harundine longa”<sup>1)</sup>.

Adultos aemulari, quod in pueri vita tanti est, in hoc ludo tam simplici quam vulgata ratione studetur: pictor vasis (Apulici?)<sup>2)</sup> habenas et verber figurare non neglexit.

### De instrumento volatili.

Avis volatum imitari iam antiquitus pueris placuit, ut apparet ex imagine vasis<sup>3)</sup>. Ἄετός; hodie nomen est apud Graecos, fortasse iam temporibus aureis vulgatum; quamquam apud scriptores non legitur; Itali hodie cometa dicunt; fere eadem comparatione, qua Graeci, Britanni utuntur, kite dicentes<sup>4)</sup>.

### De oscillatione<sup>5)</sup>.

Oscillum in vasibus nonnullis temporarium in usum constructum est scabello funibus suspenso<sup>6)</sup>. Ludus, quem nos vix alibi atque in horto a pueris fieri exspectamus et vixdum in exercitationibus adultorum<sup>7)</sup>, apud antiquos in cultu deorum locum obtinebat; non tantum pupas hominum loco<sup>8)</sup>, sed virgines ipsas in oscillis agitari docet imago vasis Attici; Silenus qui motum incitat in Bacchici festi naturam optime quadrat<sup>9)</sup>. Infantes Graecos in oscillo positos esse demonstrari non potest<sup>10)</sup>.

Alia ratione oscillatio instituitur, cum tabulae longae parte media in

<sup>1)</sup> Hor. Sat. II 3, 248; cf. Grasb. p. 28; H.-Bl. p. 294 adn. 3.

<sup>2)</sup> In Antiquario Berolinensi, cf. Mon. 55 t. 6 = Dar.-Sgl. s. v. Ludi fig. 4637.

<sup>3)</sup> In museo Neapolitano 3151 (Heyd.), Arch. Zeit. 67 p. 125 fig. = Dar.-Sgl. 4642.

<sup>4)</sup> Cf. Bull. 68 p. 35; H.-Bl. p. 294 adn. 1.

<sup>5)</sup> Dar.-Sgl. s. v.; Grasb. p. 116; H.-Bl. p. 293 adn. 3 et 4; Baum. s. v. Schaukel.

<sup>6)</sup> Berl. V. 2394, Gerh. A. B. t. 55; Ann. 57 tab. A = Baum. III fig. 1632; similis est forma instrumenti, in quo mulieres deponunt vestes elutas Dumont-Chapl., Céram. t. 8 = Schreiber t. 82, 4: pro scabello lignum est Gerh. A. B. t. 54.

<sup>7)</sup> Cf. Plato Leges VII pag. 789 n.

<sup>8)</sup> A. Mommsen. Feste-Athen p. 355 adn. 8: Ἀλέξ; similia apud Romanos antiquissimos fiebant, cf. Prop. IV 1. 18.

<sup>9)</sup> Berl. V. 2589, Ed. Gerh., Trinksch. t. 27 = Dar.-Sgl. s. v. Aiora fig. 196, artis Atticae pulchrae antiquioris.

<sup>10)</sup> Vid. supra p. 20 adn. 8: apud alias nationes hic mos est vulgatus. Ploss p. 67

fulcro posita duo homines utrimque in extrema tabula sedentes vel stantes vicissim elevantur <sup>1)</sup>. Nomen *πέταστρον*, quod huc pertinere existimant, melius reservatur ad significandam machinam periculosam funambulorum vel petauristarum <sup>2)</sup>. Simplex est oscillatio hominum duorum, quorum tergis iunctis et brachiis inter se implexis alter alterum invicem tollit <sup>3)</sup>; pueri magnopere gaudent si ab adulto in pede extremo positi oscillantur <sup>4)</sup>.



27

Incerta est explicatio imaginis in vase (fig. 27) <sup>5)</sup>, quod nonnulli oscillationem exhibere putant: attamen, si quis secum reputat tabulam tam brevem multo celeriores motus efficere, melius placet explicatio, qua rota vel tabula in axe rotatur, velut saltatrices in rota figulorum (*περρζο:*) artem praestabant <sup>6)</sup>.

### De pupa <sup>7)</sup>.

Pupae, *ροραι* inter puellarum oblectamenta occurrunt in anaglyphis sepulcralibus Atticis <sup>8)</sup>; etiam mulieres his delectabantur (v. sup. p. 60 adn. I). Fabricati sunt pupas ex osse vel ebore <sup>9)</sup>, robore, cera, longe plurimas ex argilla

<sup>1)</sup> Gerh. A. B. tab. 53 = Baum. III fig. 1633.

<sup>2)</sup> Dar.-Sgl. s. v. Petaurum, cf. H.-Bl. p. 293 adn. 4, Grasb. p. 120.

<sup>3)</sup> In anaglypho ex argilla cocta, Schöne, Griech. Reliefs 146.

<sup>4)</sup> Tischbein, Anc. Vases III t. 28 = Dar.-Sgl. s. v. Ludi fig. 4638; Élite IV t. 79; Tassie, Pierres gravées tab. 39, 4788.

<sup>5)</sup> Brit. Mus. Cat. Vas. E 387, tab. 19 = Dar.-Sgl. s. v. Oscillatio.

<sup>6)</sup> Xen. Symp. II 8; cf. Plato, Euthyd. p. 294 C; Grasb. p. 84.

<sup>7)</sup> Beck. I p. 31; Becq. p. 28; H.-Bl. p. 295; Myrina p. 262 adn. 7; Girard p. 84; Dar.-Sgl. s. v. Pupa; Brit. Mus. Guide-Greek and Roman Life 1908 p. 189.

<sup>8)</sup> Att. Gr. no. 816; tab. 154-817; 157-818; 171; cf. in sarcophago, Roulez, Nouv. Mém. Acad. Brux. 19.

<sup>9)</sup> Caylus, Recueil d'antiq. VI t. 90, 3; C. R. pour '69 t. 3, 2.

cocta<sup>1)</sup>; quod attinet ad hanc speciem, non semper facile distinguitur, utrum figurae pro pupis habendae sint necne<sup>2)</sup>. Non dubitatur ubicumque, articuli brachiorum et crurum mobiles sunt<sup>3)</sup>; tales figurae filo capiti affixo suspendebantur<sup>4)</sup>; crotala quae in manibus figurata sunt apte congruunt cum crepitu, quem pupae motae edebant<sup>5)</sup>. *Παίγνια χαμπεσίγνια*<sup>6)</sup> dicebantur; fortasse etiam *νευρόσπαστα* (marionettes), quibus adulti gaudebant<sup>7)</sup>; quantum iam antiqui hac re callerent, probat figura mobilis mulieris, quae frumentum terit<sup>8)</sup>; cf. quae narrantur de columba lignea volante ab Archyta facta<sup>9)</sup>.

Multae pupae carent parte brachiorum et crurum; quod in fragili materia prudenter factum est; neque olim pro parte ex pannis consutas fuisse, sicut hodie obtinet, apparet ex anaglyphis; tales figuras pro solito vestitas fuisse viri docti coniecerunt<sup>10)</sup>; attamen attendendum est neque matribus neque puellis pulcherrimum quemque infantem (vel pupam) carissimum esse. Sane constat olim vestimenta puparum extitisse: testimonia apud scriptores non nisi coniectura introducta occurrunt<sup>11)</sup>; sed ex quo in sepulcro Attico reperta sunt pupa in solio sedens, soleae ex argilla cocta, epinetrum, vas — in usum pupae omnia destinata —, non amplius dubitare licet, quin olim vestimenta adfuerint, hodie putrefacta; cf. pectines perexigui una cum pupa in sarcophago reperti

1) C. R. '69 t. 3, 6; Winter Typen I p. 165—173.

2) Cf. Furtwängler, Samml. Sabouroff II p. 11, Heuzey, Figur. t. 3, 1; 40bis 5 et 6.

3) Antiq. Bosph. Cimmér. II p. 117 t. 74, 8 = Baum. fig. 880; Martha, Catal. figur. terre-c. Athènes 521. 3; 695—7; 796—805; Schreiber t. 82, 11; dorsum non elaboratum est exempli antiquioris C. R. '77 t. 6, 8. Alae mobiles sunt figurae Myrina p. 131.

4) v. Röhlen, Terrac. Pompeji ad tab. 45, 5; cf. C. R. '77 p. 264 ad t. 6, 4.

5) C. R. pour '68 t. 1, 18 p. 57; '77 t. 6, 12; Brit. Mus. l. c.

6) Orphica, rec. Abel '85 fragm. 196.

7) Petronius Sat. 34: Jarva argentea, cf. Dar.-Sgl. s. v. Neurospasta.

8) In museo Lugduno-Batavo, ex Aegypto, cf. Erman. Aegypten.

9) Gellius X 12, Dar.-Sgl. s. v. Ludi adm. 14.

10) Att. Gr. ad tab. 154-814 (= F.-W. 1024); cf. t. 156-815; 170 = Dar.-Sgl. f. 5882; C. R. '69 t. 3, 6.

11) Anth. Pal. VI 280 vs. 3 *ζόμα*; bene se habet; (Salmas. corr. *ζόμας*); vs. 4 *ζορῶν* significat virginum, cf. infra p. 98. Sappho fr. 44 Bergk, ex Athen. IX p. 410 D; Casaub. *πλεγγόνων* coniecit.

12) Cf. Brit. Mus. Guide l. c. fig. 200.

(v. sup. p. 60 adn. 1). Solium quod memoravimus auxilio esse potest in explicando eas pupas quae sedentium speciem praebent <sup>1)</sup>).

Multis aliis rebus varie formatis pueri delectabantur <sup>2)</sup>, prae ceteris figura equi <sup>3)</sup>, canis, avis <sup>4)</sup>; fabula narrabatur regem Cinyram Agamemnoni pollicitum esse auxilia se esse missurum; revera exercitum advenisse, sed totum ex argilla cocta. (Qua fabula explanatur, quanta gloria excelluerit mercatura talium rerum a Cypriis factarum.

Praeter effigies canes veri, aves, aliud pecus domesticum comites <sup>5)</sup> erant puerorum, ut apparet ex anaglyphis sepulcralibus (fig. 22) <sup>6)</sup>; quamquam olim fortasse numina inferna vel manes his formis symbolice (Graeci antiquissimi significaverant <sup>7)</sup>), tamen artifices hoc iam obliti erant nihil nisi vitam cotidianam figurantes. Similes imagines in vasibus conspiciuntur (fig. 30) <sup>8)</sup>; etiam cavea invenitur, in qua lepus est aut avis <sup>9)</sup>; *μυζηλολοσην* (species est cantharidis) vel testudinem funiculo pedi affixo retinebant captivam <sup>10)</sup>; cuniculus habenis ornatus, quem Amor dirigit, fictioni debetur <sup>11)</sup>).

1) C. R. '77 t. 6, 4; Winter Typen I. c. passim; Myrina p. 245, Cat. 403; p. 262 t. 2.

2) Cf. Paus. 5, 20. 1 lectus parvae mensurae in templo Iunonis dedicatus; Niccolini, Pompei I, 2 Casa di M. Lucrezio tab. 4, 2, p. 21; parva pharetra conspicitur C. R. '73 t. 3, 8; de poculo cf. Jahrb. X Anz. p. 34; etiam perparva negotia ex plumbo huc pertinere videntur Jahrb. XIX Anz. p. 190 no. 70 et 71 ex Smyrna; nesciunt quid sibi velit res in anaglypho Att. Gr. t. 157-839.

3) Saepius in puerorum sepulcris reperti sunt, Martha op. cit. 85, cf. 86; Myrina p. 570 no. 368, cf. p. 96 sep. 106, Dar.-Sgl. s. v. Ludi fig. 4635; artis geometricae Ath. Mitt. '93 p. 99 sep. 9, p. 118, tab. 8, 2; Burlingt. Catal. 1904 F 56 t. 82; multa exempla ex Cypro sunt, cf. Perrot-Chipiez vol. III passim Winter, Typen I p. 25.

4) Cf. Martha op. cit. 369—388.

5) Dar.-Sgl. s. v. Bestiae mansuetae; C. R. '68 p. 77, '74 p. 89 et passim; H.-Bl. p. 295.

6) Att. Gr. t. 27; 28; 77; 78; 84; 120; 154 etc. passim; 185 etc. passim; Jahrb. '05 p. 67.

7) Cf. Loeschke, Dorpater Programm '88 p. 4.

8) Saopissime in parvis oenochois, cf. Em. Müller, Festgruss Zurich '87 t. 2, p. 13.

9) Luynes, Vases t. 37; Mon. X t. 37A.

10) H.-Bl. p. 295 adn. 6, Grasb. p. 74; Millingen, Vases Coghill t. 44; cf. Arch. Zeit. '73 t. 15.

11) In parvo scypho Heyd. 3. Hall. Winek. Progr. t. I 1, in museo Bononiensi.



28

### De micando digitis <sup>1)</sup>

Micare digitis (Ital. mora, Aegypt. atep) lusus est, in quo ludentes adversi sedentes aliquot digitos eodem tempore tollunt: uter prior summam digitorum exclamavit, is vicit. Uterque altera tantum manu ludit: altera tenet baculum extre-

mmum: quoties uterque vicit, toties partem baculi ad se trahit: hoc a viris doctis coniectura conclusum confirmatur imagine anaglyphi, quae exhibet duas puellas, quarum altera post ludum peractum indice et pollice extento metitur quot passus digitorum, ut ita dicam, lucrata sit <sup>2)</sup>. Ergo puella in vase, quae vix extremum baculum retinet, victa est <sup>3)</sup>.

### De variis.

*Xxi.zē μvix* luditur, cum puero, cuius oculi vinculo operti sunt, unus ex reliquis captandus est: quod exhibet figura ex argilla cocta, quinque figuris composita <sup>4)</sup>.

Clavum in terra defixum circumdant pueri ludentes: vinculum clavo affixum puer manu tenet, accedunt alii lora aut virgas agitantes; utrum fuerit consilium clavum loro ex terra evellere, an puerum in medio positum verberare, ne quem alium captet, admodum dubium <sup>5)</sup>.

Lusus, quem summo studio agunt pueri, est pugnare. Quam effrenatos se praebent pueri Graeci pugnantes, lucide explanat fig. 28 <sup>6)</sup>, licet

<sup>1)</sup> Becq p. 290; H.-Bl. p. 296 adn. 4; Edw. Falkener. Games ancient and Oriental. London 1892 p. 103; Dar.-Sgl. s. v. Micatio; J. H. S. 18 p. 130; Ann. '48 t. G.; '66 t. U.; Berl. V. 2177.

<sup>2)</sup> Berl. Sk. 945 saec. V. prope Bosporum repertum, cf. Arch. Zeit. '64 p. 198 t. 192.

<sup>3)</sup> Arch. Zeit. '71 tab. 56, I.

<sup>4)</sup> Catal. Terr. cuit. Gréau '91 t. 36; Grash. p. 49; H.-Bl. p. 299 adn. 3.

<sup>5)</sup> In duabus picturis Pompeianis invenitur Zahn III t. 72; Becq p. 89; cf. Dar.-Sgl. s. v. Chytrinda fig. 1440—1; ii, qui turbinem figuratum esse putant, errant. Grash p. 79, Jahn ad Pers. Sat. 3, 51.

<sup>6)</sup> = Hartwig pag. 90 fig. 12, Berl. V. 2276. cf. J. H. S. '06 p. 8 fig.; quamvis severae sit artis tamen pictor non veritus est effigiem manus cruentae figurare.



29

hic pancratiastae adolescentes figurati sint. non pueri. Non minus fervido animo sunt pueri „astragalizontes”, qui pugnant de talo<sup>1)</sup>: alter totus superest, brachium alterius ea tantum causa ad nos pervenit, quia ab altero dentibus retinetur; simili statu sunt pueri, quorum ectypum gypseum conservatum est<sup>2)</sup>.

Oenochorae parvae ad sacra pertinent (fig. 29 vid. p. 83 adn. 1).

<sup>1)</sup> In museo Britannico. Br. t. 54.

<sup>2)</sup> Gaz. Arch. 78 tab. 20.

## CAPUT IV.

### De vita puerili.

#### De sacris <sup>1)</sup>.

Cultui interfuisse pueros nemo miratur, in ea civitate, quae multa et laeta festa sacra celebraret. Athenis pueri patrem vel avum comitabantur in templa, in theatrum, ad pompas. Quam apta sit vox clara et arguta puerorum ad hymnos sacros cantandos, non nostris demum temporibus intellectum est, ut apparet ex iis quae de celebratione Oschophoriorum et Panathenaeorum nota sunt. Etiam saltandum fuisse pueris explanatur historia Sophoclis, qui post victoriam Salaminiam corpore nudo et uncto saltavit, lyram pulsans. Harum artium certamina instituebantur, velut Critias narrat se X annos natum rhapsodia certasse <sup>2)</sup>; saepius cursus lampadum habebantur <sup>3)</sup>. Puellae VII annorum iam Errephorae eligebantur <sup>4)</sup>. Tam pueri quam puellae initiabantur mysteriis; fortasse huc pertinent iuvenis cum sucula <sup>5)</sup> et puella <sup>6)</sup>; utrique commune est, ut alter solus pes calceatus sit, sicut in cultu inferorum fieri solet (vid. Amelung l. c.); de comitu iuvenis vid. supra p. 52.

<sup>1)</sup> Girard p. 252; A. Mommsen, Feste-Athen passim; Arth. A. Bryant, Boyhood and youth in the days of Aristophanes, Harvard Studies in Class. Philol. 18. 1907. D. Lampsas. Die künstlerische Erziehung der athenischen Jugend im 5. u. 4. Jahrh. v. Chr. (aus dem Paedag. Univers. Semin. Jena XI 1904) p. 160.

<sup>2)</sup> Plato Timaeus p. 21A.

<sup>3)</sup> Jahrb. '95 p. 188 fig.

<sup>4)</sup> Momms. op. cit. p. 107; Pauly-Wiss. s. v.

<sup>5)</sup> J. H. S. 1909, tab. 1 pag. 1: Ὁ ἌΦ' ἘΣΤΙΑΣ; Hermann, Gott. Alt. § 32 adn. 25.

<sup>6)</sup> W. Amelung. Sculpt. Vatic. Mus. II no. 393.

*De Choibus.*

Imagines hilarissimae ad nos pervenerunt festi a pueris et puellis celebrati; qua in re gratias agimus vasculis, oenochoae quae dicuntur, quarum os trifolii habet formam (fig. 29, p. 81<sup>1)</sup>). Ipsae testantur se in usum puerorum esse factas, tam parva mensura quam ipsis imaginibus, interdum confirmante loco, ubi inventae sunt, nempe puerorum sepulcro<sup>2)</sup>. Vulgo creditur haec vasa  $\chi\omega\omega$  esse, quibus alter dies Anthesteriorum nomen debet<sup>3)</sup>; expresse dionysium festum significat Silenus, qui in parva oenochoa huius generis<sup>4)</sup> eodem statu, quo vulgo pueri, conspicitur (cf. fig. 30<sup>5)</sup>). Suum cuique vas apponi, nullo communi cratere adhibito huius festi erat proprium. Eo ipso die frequens erat mercatura omnium rerum fictilium, itaque verisimile parentes tum emere vascula illa pulchre saepe ornata, immo inaurata, quibus uterentur pueri. Qui ipsi feriis fruebantur per magnam mensis partem; quantopere donis gauderent apparet e lapidis imaginibus puerorum saltantium vasculo conspecto; alii comitibus laeti ostendunt, alii ipsi delectantur dulci vini odore. Nulla est causa cur dubitemus an pueris vinum datum sit, cum praesertim Plato et Aristoteles non inutile esse iudicaverint hoc dissuadere<sup>6)</sup>; immo scriptor medicus Graecus praescribit, ut etiam infantes vino alantur<sup>7)</sup>.

Multas alias delicias parentes liberis parabant: uvas adesse in Bacchi

<sup>1)</sup> Oenochoae sunt in museo Lugduno-Batavo, altera ex Athenis (in parte sinistra figurae, Catal. 1905 XVIII no. 26) altera ex Tripoli (Catal. ibid. no. 25 vide sup. p. 74 adn. 2); altae sunt 9 cm. V. cl. Holwerda benigne permisit, ut publicarem; photographema adeptus sum opera et benevolentia v. d. Boeser.

<sup>2)</sup> Athen. Mitt. '93, pag. 174 sq.

<sup>3)</sup> Cf. Mommsen, op. cit.; Pauly-Wiss. Anthesteria; Roscher Dionysos; Girard p. 85.

<sup>4)</sup> Pellegrini, Catal. Vas. Bologna no. 294 fig.

<sup>5)</sup> V. cl. P. Gardner, J. H. S. '04 p. 312  $\chi\omega\omega$  scyphi formam praebuisse putat, negans Graecos bibisse ex vasibus ad fundendum fictis; attamen pueri in nostris vasculis picti ad potandum parati pocula non habent; apud Aristoph. Equit. 98 in versu correcto et Anaxandridem Athen. IV 131 fr. 41, 13 K.  $\chi\omega\omega$  adhibetur ad fundendum; itaque nulla causa est diffidendi Kratis (Athen. XI 495) iudicio, qui docet  $\chi\omega\omega$ , qui sua aetate in celebrandis Choibus pervulgatus esset, prisca fuisse forma oenochoae simili.

<sup>6)</sup> Plato Leges II p. 666; Aristot. Polit. VII 15.

<sup>7)</sup> Ps.-Hippocrates  $\pi\epsilon\sigma\iota\ \delta\iota\alpha\lambda\iota\tau\eta\varsigma$ , quem laudat Hel. von Swiecicki, Pflege der Kinder bei den Griechen, Breslau '77; de ps.-Hippoc. egit C. Fredrich, Philol. Untersuchungen XV '99.



30

festo non miramur (fig. 30)<sup>1)</sup>; eas medio mente Anthesterione nonnisi siccitas fuisse audacius contendunt<sup>2)</sup>. Variis placentis non solum pueros gaudere apparet ex enumeratione earum, quae Dicaeopoli Choes celebraturo paratae sunt (Aristoph. Ach. 1092); quanti in hoc festo essent, eo explanatur, quod in potandi certamine interdum placenta praemium erat: in oenochois saepius inveniuntur (fig. 29 in parte dextra, puer sin. manu gestat placentam)<sup>3)</sup>, etiam Berl. V. 2425, Heyd. Gr. V. t. 12, 8 sic explicandum est, potius quam „fructus magnus”; cuius canis non tam cupidus esset. Formam singularem significat nomen *στρεπτοί*; quos in celebrandis Lenaeis et Chytris<sup>4)</sup> ab Atheniensibus edi commemoratur<sup>5)</sup>; *στρεπτοί* autem explicantur *πλακκώδεις, τὸ πλάσμα στρεπτον* (Bekk. Anecd. 302); quales placentas tortas pueri saepe manu gestant<sup>6)</sup>. Fortasse haec via ingredienda est ad explicandas res incertae naturae, quas nusquam alibi invenimus nisi in oenochois huius generis; attendendum est

1) Fragmentum oenochoea parvae (alt. 5 $\frac{3}{4}$  cm.) ex Athenis in museo Bonnensi Inv. 350. V. cl. Loeschke benevole permisit, ut publicarem.

2) Fivel, Gaz. Arch. '79 p. 15; uvae in oenochois conspiciuntur: Pellegrini, Vas. Bologna no. 372 fig. 65; Brit. Mus. Guide Gr. Rom. Life '08 fig. 201; Collignon-Couve 1308 et 1883; Burlington Cat. '88 no. 32 et 37; Heyd. Gr. V. t. 12, 1 (?).

3) Stack. t. 17, 3; Gerh. A. B. t. 312, 4; Heyd. Gr. V. t. 12, 7; Collignon 424, 426, 431; C.-Couve 1875, 1877; C. R. '63 t. 2, 5, '68 t. 4, 8; cf. vascula, quae descripta sunt infra p. 85 adn. 2 et 86 adn. 2.

4) Choes et Chylri non semper accurate inter se distinguuntur.

5) Athen. IV pag. 130.

6) Arch. Zeit. '52 t. 37; '79 t. 6, 1 (Berl. V. 2658 et 2659); Dar.-Sgl. fig. 2427 = Girard p. 91.

exemplaria quae volumus in Chersoneso Taurica sive ad Pontum Euxinum omnia esse reperta<sup>1)</sup>, velut oenochoa quae exhibet Bacchum puerum rubro colore figuratum, qui captat uvas a muliere porrectas, quae Baccha sive nutrix Bacchi intellegenda est; quae altera manu rem illam gestat, albo colore pictam, quam placentam esse conicimus circum baculum coctam: lineae curvatae conspiciuntur, quales in placentis tortis occurrunt<sup>2)</sup>.

Alia dona pueri accipiebant, et haec fortasse necessaria ad celebrandum festum, velut pilam (fig. 33)<sup>3)</sup> et plostellum; quod si carius erat pro modica fortuna patris, rota simplex cum temone sufficiebat (vid. sup. p. 74); notissimum est plostellum illud, quod Strepisades Pheidippidi suo emit Diasis, quae decem diebus post Choes agebantur; haud sine ratione suspicantur mercaturam quae Choum die institueretur usque ad Diasa continuatam esse; itaque simile quid fieri, quod nostris temporibus Neerl. kermis, Gall. foire dicitur. Quod lepide explanatur imagine pueri donis paene obruti (fig. 29 in parte dextra conspiciuntur placentam, rota, oenochoae et cupediae in parvis mensis), sicut apud nostrates vespera Sancti Nicolai fieri solet. Quaeri potest utrum pictor indicare voluerit in interiore domo et conclavi puerorum haec agi an publico loco vel in templo. Illud putes, si respicis parvos pueros pedibus manibusque repentes ad mensas donis instructas vel ad vascula humi posita<sup>4)</sup>; sed contrarium probat Philostratus, qui auctor est Athenis mense Anthesterione pueros tertium annum agentes floribus coronatos esse<sup>5)</sup>; quod publicam celebrationem spectat. Minus certum est testimonium de aetate, quod praebet „columna lapidis Pentelici cum anaglypho puellam duodecim fere annorum repraesentante“, in qua inscriptum extat: *ἡλικίῃς χριστῶν, ὃ δὲ δια[αυ]τοῦ ἐφῆρσε τοῦ Χρῆ;*<sup>6)</sup>. (Quaeritur

1) C. R. pour '63 t. 2, 5; in museo Bonnensi: in libro Invent. no. 257 adnotatum est „Attischer Import“, attamen nihil constat nisi Odessae emptum esse, ex Olbia venisse.


2) Vasculum e Chersoneso Taurica nuper in Antiq. Berol. est acceptum, significatum Samml. M. d. M. de quo thesauro relatum est in Antliche Berichte aus den kön. Kunstsammlungen Dez. 1907. Ab utraque parte pueri mulier conspicitur; altera quoque talem rem gestat, praeterea magnam placentam planam; in sinistra parte imaginis ara est figurata.

3) Cf. Brit. Mus. Cat. Vas. E 548; Bennd. Gr. V. t. 36. 5.

4) Stack. t. 17; Brit. Mus. Cat. Vas. E 548-9; Gerh. A. B. 312; Strena Helbig, p. 248.

5) Philostr. Her. XII 2 pag. 314, ed. Kayser.

6) C. I. A. III 2 no. 1342; Sybel (no. 3217) non puellam sed puerum esse putat.



31


quidnam valeat *χσιζών*: num ii qui non solum spectatorum conditione aderant, sed pompae sacrae intererant (Kaibel)? Certe affuisse pueros minus duodecim annos natos docet Philostratus, confirmant et aliae imagines et ea, quae exhibet puerum nomine *Χρυσός*, qui repit ad parvam mensam oenochoae et tribus rebus incertae naturae (fructibus?) ornatam <sup>1)</sup>; attendendum est collum pictae huius oenochoae coronatum esse hedera, sicut fere semper in nostris imaginibus — qui mos congruit

cum ratione qua festum Choum celebrabatur (Ath. p. 437) — : a mensa autem taeniae dependent, quas editor non agnovit „weisse Schopfzellen(?)“ explicans. Lucem affert oenochoa eiusdem generis, in qua flavo colore puer pictus est, qui accedit ad parvam mensam tripedem, ex qua dependent taeniae (colore deterso hodie nonnisi discrimine nitoris conspiciuntur <sup>2)</sup>). Oenochoae coronatae, mensae taeniis ornatae in cultu parantur; publice talia fieri apparet ex Aristophanis descriptione Choum in Acharnensibus (960 etc.): parati sunt lecti, mensae; populus invitatur ad convivium. Etiam mensae parvae quas saepius memoravimus (hic illic simplex tabula crassa humi posita earum locum obtinet <sup>3)</sup>) apte quadrant in ea quae de festo Choum tradita sunt:

<sup>1)</sup> In museo Turici, e Megara; cf. Emil Müller, *Drei griech. Vasenbilder*, *Festgruss der Archaeol. Samml. Zürich* 1887. tab. II 1 et 2.

<sup>2)</sup> In *Antiq. Berol.* ex eodem thesauro, quem supra p. 85 adn. 2 memoravimus; puer manu gestat placentam similem ei, quae est *Stack. t. 17, 3*; altera mensae acclinata est; in mensa posita est res naturae incertae. cf. p. 89 adn. 5; pueri corpori circumdatum est licium tribus punctis crassis ornatum (bullae, amuleta?) olim fortasse inauratis.

<sup>3)</sup> Ex. gr. *Jahn, Ber. Sächs. Gesellsch. Wiss.* 54 tab. 12, 1; *Heyd. Gr. V. t. XII, 9* (= *Stack. t. 17, 7*) et 10; *Arch. Zeit.* 79 t. 6, 3 (Berl. V. 2422-3, 2493); hic illic arca invenitur (in *lecytho Ant. Denkm. I t. 23, 3*) *C. R.* '68 t. 4, 9. Cf. *Arch. Zeit.* 42 '84 p. 96 adn.



32

inferi eo die celebrabantur, dies ipse pollutus dicebatur, omnia templa clausa erant solo Lenaeo excepto, sibi quisque mensam habebat.

Ipsam locum, in quo festum celebraretur, significatum esse conicias respectis aris<sup>1)</sup>, quae saepius in oenochois conspiciuntur; pueri ante templum sunt, saxo loci naturam indicante (fig. 31<sup>2)</sup>). Etiam accuratius de loco docere videntur tripodes, qui in tribus oenochois inveniuntur; de duobus ex his

<sup>1)</sup> Heyd. Gr. V. t. 12, 8, Berl. V. 2425; Berl. Inv. 3122; cf. Jahrb. III p. 252; Brit. Mus. Cat. Vas. E 533 = (?) Stack. t. 17, 6; Gerh. A. B. t. 312, 3; oenochoa, quam descripsimus supra p. 85 adn. 2.

<sup>2)</sup> = Jahn, Ber. I. c. no. 3; saxa figurata sunt in oenochoa musei Bonn. Inv. 237.

exemplis quaeri potest utrum tripodes ipsi partes agant an ornandi causa adsint, velut fig. 32<sup>1)</sup> alii ita explicant, ut tripus coronetur, alii ut puer victor sit. In tertio exemplo tripus pictus est, ut locum festi cognoscamus<sup>2)</sup>. Hucusque tripodes Athenis in Via Tripodum et in ipso theatro eruti sunt<sup>3)</sup>. Attamen verisimile est antiquitus in Lenaeo quoque tripodes consecratos esse, quia ibi certamina scenica antiquissima habebantur. Quod imaginibus nostris confirmatur, quoniam constat Choes in Lenaeo celebratos esse.

Plura sunt, quae nos docent oenochoae festi mores investigantes: festum usque ad noctem continuatum esse verisimile est, si respiciuntur faces, quas pueri agitant<sup>4)</sup>, immo placentae illae, faculis illuminatae, quae nostris temporibus haud ignotae sunt, iam antiquitus extiterunt<sup>5)</sup>. Non solum pueri festo intererant, sed etiam puellae<sup>6)</sup>. Recte se habent, quae Philostratus l. c. refert de pueris floribus coronatis: saepissime corpus eorum cingulo est circumdatum quod ex alterutro umero obliquum dependet; cui affixae sunt res incertae naturae, quae amuleta explicari solent (vid. sup. p. 24); attamen hic illic maiores sunt, itaque vix aptae habitui cotidiano; accedit quod simillimae sunt hederae, qua festi more colla oenochoarum cincta erant<sup>7)</sup>. Itaque concludimus hedera, quam adulti bacchantes capiti soli circumdabant, pueros totum corpus ornasse; huic explicationi favet, quod ipse Bacchus puer tali serto hederacinctus est<sup>8)</sup>. Praeter hederam pueri cincti erant bullis inauratis<sup>9)</sup> et sertis florum (Gr. ὑπερσομίδες, sive ὑπερσομίδες; Kaibel<sup>10)</sup>). De vestitu solenni v. sup. p. 56.

1) = Furtwängler, Samml. Somzée pag. 97 fig., cf. Fröhner, Collect. van Branteghem no. 142; alterum exemplum est Berl. V. 2661, Stack. t. 17, i et 2.

2) Collignon-Couve 1875 (C. 425).

3) Walth. Judeich, Topographie von Athen. (Handb. III 2, 2) p. 274.

4) Berl. V. 2658, Arch. Zeit. '52 t. 37; Gaz. Arch. '78 t. 7, 2; C. R. '68 t. 4, 5; Heyd. Gr. V. t. 11, 5; Bennd. Gr. V. t. 32, 5.

5) In oenochoa Antiq. Berol. „Samml. M. d. M.“ supra p. 86 ad. 2 descripta.

6) Heyd. Gr. V. t. 12, 3 et 6; Bennd. Gr. V. t. 32, 5 (Collignon-Couve 1876-8); C.-C. 1333; C. R. '68 tab. IV 8 (et 9?); Élite II t. 89, Pellegrini, Bologna no. 295.

7) Gaz. Arch. '78 t. 7, 1; Heyd. Gr. V. t. 12, 4; Stack. t. 17, 5 = Beq. p. 21.

8) In cratere Apulo Arch. Zeit. '50 t. 16, Pellegrini, Bologna Mus. Civico no. 74.

9) Vid. sup. p. 86 adn. 2; C. R. '68 t. 4, 5, Stephani no. 2357; Festgruss Zürich l. c.

10) Ath.p.488B, Plut. Qu. Conviv. III 3, 3 p.647A. cf. M. Bieber, Dresd. Schausp. Relief p.12.

Quasi primus actus Choum erat, cum pueri pulchre ornati accurrebant, donis cupediisque gaudebant. Quae sequebantur magis sunt dubia. Adultis instituebatur certamen potandi: qui primus choem „ad fundum” ebiberat praemio donabatur; non verisimile est puerorum quoque tale certamen habitum esse, etsi nonnulli potandi victorem agnoscant<sup>1)</sup>; neque recte coniciunt Romanorum in modum triumphare victorem curru vectum post victoriam potandi reportatam<sup>2)</sup>. Suspiciamus pueros in talibus imaginibus parentes imitari, qui Choum festo vulgo curribus vehebantur (Suid. s. v. τὰ ἐκ τῶν ἀμαξίων σκόμματα); si vero currus pueris non praesto erat, simplici rota contenti erant, dummodo veheretur. Fortasse certamina musica pueris instituebantur: certe Philochorus ἀγῶνας; χορῶν; memorat<sup>3)</sup>; in oenochoa puer saltans prope aram pictus est manu oenochoam agitans cum alter lyram pulsat<sup>4)</sup>; iterum puer cum lyra invenitur, cui puella affert placentam, fortasse praemii loco<sup>5)</sup>.

Optime in dionysium festum quadrat ludus inter se umeris gestandi (fig. 32): Bacchus puer saepius ita figuratus est. Iam satis antiquum fuisse argumentum eo apparet, quod Athenis prope theatrum statua artis severae est eruta, quae exhibet Papposilonum Bacchum puerum umero sinistro gestans<sup>6)</sup>.

Silenus iunior est in statua Vaticani<sup>7)</sup>. Puer quoque a Maenade umeris fertur coram Baccho cum thiaso<sup>8)</sup>, nec minus cum deo coniunctum est opus aeneum: puer capro vectus alterum umeris fert, vas manu gerentem<sup>9)</sup>. Non solum pueri hoc modo feruntur: Sileni qui ἱππῆαι sunt quemlibet umeris gestare parati sunt<sup>10)</sup>; Bacchum quamvis adultum (ἐν κερύχῃ fertur in

1) Berl. V. 2661, Stack. t. 17. 1 et 2.

2) Bennd. Gr. V. t. 32. 5. Girard p. 94: figura triumphantis puella est.

3) Schol. ad Aristoph. Ran. vs. 218. cf. Ath. IV p. 129; Choes et Chytros non semper accurate inter se distingui iam vidimus.

4) Berl. Inv. 3122, cf. Jahrb. III p. 252.

5) Élite II tab. 89.


6) F.-W. 1503 = Schreiber t. 1. 5 = Reinach II 64; Heyd. 10. Hall. Winck. Pr. p. 46

7) Heyd. Ber. Sächs. Ges. Wiss. 78 p. 115 t. 4, cf. Clarac 704B.

8) Ant. Denkm. I 78 tab. 36: et passim in sarcophagis.

9) Reinach, Statuaire II 2 pag. 464, 5.

10) H. Bulle, Die Silene Diss. Monac. 793 pag. 56.



33

PLICANDA SIT, UT AD CULTUM SACRUM PERTINEAT CAERIMONIA GESTANDI PUERUM BACCHI LOCO, AN IOCANDI CAUSA A PUERIS ACTUM SIT. IDEM QUÆRITUR IN FRAGMENTO OENOCHOÆ EXHIBENS PUERUM IN UMERIS ALTERIUS SEDENTEM, QUI PILAM IACIT, QUAM ALII CAPTARE PARATI SUNT (FIG. 33<sup>5</sup>) VID. SUP. P. 63); AD CULTUM PERTINERE CONICIAS, QUIA SIMILIS LUDUS A SILENIS LUDITUR<sup>6</sup>); LICET FIG. NOSTRA 23 VITAM COTIDIANAM EXPLANARE VIDEATUR.

#### De ludo literario.

Pueri post sextum annum peractum ludimagistro committebantur, cuius domum ibant comitante paedagogo. Haud pauca de hac re nobis tradita sunt quæ explanantur lepidis imaginibus; longum est memoriam redintegrare huius materiae, de qua libri spissi conscripti sunt<sup>7</sup>). Pauca tantum supplendi causa commemoramus.

<sup>1</sup>) Eius generis, quod parum recte Samium dicitur; Jahrb. III p. 252.

<sup>2</sup>) J. Millingen, Vases-Coghill tab. 41.

<sup>3</sup>) Athen. Mitt. '94 p. 281; Dittenb. = 737.

<sup>4</sup>) Berl. V. 1697, cf. J. Poppelreuter, De comoediae Atticae primordiis, Diss. Berol. '93, fig. ad pag. 8.

<sup>5</sup>) = Bennd. Gr. V. tab. 37, 5.

<sup>6</sup>) J. H. S. XI tab. 12.

<sup>7</sup>) Grasb. II; Marquardt p. 79; H.-Bl. § 35; J. L. Ussing, Erziehung und Jugendunterricht bei den Gr. u. Rom. <sup>2</sup> '85; Iw. v. Müller, Gr. Privatalt.; Girard, chap. II; F. Stadelmann, Erzieh. u. Unterr. b. d. Gr. u. R., Triest '91; Paul Monroe, Source Book of the history of education for the Gr. a. Rom. period, New-York 1901; G. Rauschen, Das Griechisch-Römische Schulwesen, Bonn 1901; Baum. s. v. Schule; Dar.-Sgl. s. v. Educatio et s. v. Ludus, Ludimagister.

cylice Italico<sup>1</sup>); ad ludum pilae referre non necesse est vid. supra p. 63, 4), Maenades, Silenum senem<sup>2</sup>); neque mirum eos, qui festa Bacchi celebrent, Silenorum partes suscipere, velut in ipsa inscriptione Iobakchorum ministri ἰοβαχοί dicitur<sup>3</sup>). Silenos imitabantur prisci chori comici, qui equorum personis ornati erant<sup>4</sup>); haud facile enuclees, utrum fig. 32 sic ex-

In explicando cylice notissimo, quem pinxit Duris (Berl. V. no. 2285), comparandum est fragmentum vasis artis severae Atticae Naucrati erutum<sup>1)</sup>: exhibet puerum — sic restituendum videtur —, qui librum pro parte evolutum manibus tenet; in quo haec inscripta extant: ΣΤΕΣΙΧΟΠΟΝΗΤΜΝΟΝΑΦΟΙΣΑΙ. Quod puero cantandum esse ex eo colligitur, quia magister iuxta sedens tibiae inflat. Confirmatur ergo in cylice laudato puerum cantare, cum magister simul tibiis canat: in alio cylice de hac re dubium non est ore pueri aperto<sup>2)</sup>. Iam antiquitus extitisse magistros, quos Gallice des péchants dicamus, explanant tabellae lignae et papyri e ludis Aegyptiis aetatis Graeco-Romanae; magister non erubuit discipulos inbere sententiam aliquam variis casibus declinare invita ratione, donec monstra pepererunt; ex. gr. και δουκς (leg. δουκς) τη Πουχγερη φιλοσοφω απεβουτην και γραμμαχτη διδουσκουτε φασιν συβουλευσαι ταις εκουτου μαχηταις εναιμωνων απεχεσθαι<sup>3)</sup>. Etiam in simplicioribus exercitationibus, quibus pueri vocales et consonantes discebant, vera et ficta mixta sunt, velut Abecedarium in papyro post alia haec exhibet: ... γρς γρως δρς δρως δρως δρς δρως δρως δρως ζρς etc.<sup>4)</sup>. Simplex alphabetum in duabus partibus tabellae lignae atramento scriptum est<sup>5)</sup>. Nuper Oxyrhynchi in pago Aegypti superioris complures papyri repertae sunt, quas in ludo antiquo a pueris exercendi causa scriptas esse apparet ex scriptura incerta et errorum plena<sup>6)</sup>. Monumentis Prienae erutis debemus, ut totam materiam noverimus, quam in hac urbe ludimagistri tractabant<sup>7)</sup>: mathematicam aegre desideramus. De architectura gymnasii docemur pulehro exemplari Pergameno; nec minus Theræ et Prienae gymnasia

1) J. H. S. 1905 tab. 6, 5: „Epictetic circle”.

2) In museo Lugduno-Batavo Cat. '05 XVIII, 2, Jahrb. IV p. 26.

3) J. H. S. 29, 1909 tab. 5, cf. t. 6 et p. 29; libri compositi ex tabellis ligneis filo iunctis inveniuntur, Brit. Mus. Add. Ms. 37533.

4) In museo Lugduno-Batavo. Papyri I 398, cf. C. Leemans Papyri Graeci II p. 260, J. C. Reuvsens, Lettre à M. Letronne III p. 111.

5) In museo Lugd. Bat. no. 450; cf. Jahresber. (Bursian) '06, 131 p. 170.

6) Grenfell and Hunt, The Oxyrhynchus Papyri II tab. 2 partem exhibet epistolae Pauli ad Romanos; tab. 4 fragmentum tragicum; VI p. 319 no. 966 in parte versa chartae publicae; cf. E. Ziebarth, Kulturbilder aus griechischen Städten '07 p. 120.

7) Cf. oratio, quam Groningae habuit v. cl. v. Wilamowitz-Moellendorff. Algemeen Handelsblad 18 III '09 edit. vesp. pag. 7.

sunt eruta, quae tam adultis et ephobis instituta erant quam pueris<sup>1)</sup>.

Puellae tempore aureo in ludum literarium non ibant; quia Athenis quattuor nobilissimae VII annos natae iam honoris causa eligebantur ut texerent (scilicet pepulum Minervae<sup>2)</sup>), verisimile est reliquis nullo cum honore domi texendum esse; ubi mater id docebat, quod ipsa callebat. Aliter res se habebant in insula Teo saec. III a. Chr. n.; inscriptio docet tam puellas quam pueros publice didicisse<sup>3)</sup>. Figura ex argilla cocta exhibet puellam cum diptycho<sup>4)</sup>.

Ὁ μὴ δαρσις ἀνδρωπος οὐ πικιδείεται.

Hunc versum Menandri opinionem vulgatam exprimere, quae tamquam lex vigeat in educatione antiqua, explanant imagines ex variis aetatibus: inter instrumenta verberandi sandalium locum obtinet<sup>5)</sup>. Etiam ephobi virgis feriebantur. Mos, qui nobis minime placet, declaratur pictura Herculaniensi, quae exhibet pueros commilitonem verberantes auctore magistro qui adstat<sup>6)</sup>. Mire cum hac congruit gemma, siquidem genuina<sup>7)</sup>.

### De iconographia puerili.

Hodie vix fingere nobis possumus infantem puerumve ullum feliciter increescere et recte educari, nisi bis dumtaxat in anno effigies eius luce delineata vel picta est. Quonam modo antiquitus hoc se habuerit, non constat. Quicumque dubitat inscriptionem ΔΡΟΜΗΘΙΟΣ in lecytho (fig. 15) referre ad infantem in ea pictum<sup>8)</sup>, primas imagines nomine significatas in anaglyphis sepulcralibus invenit (fig. 22), quamquam in his similitudini non studetur. Effigies quas proprie dicamus, primae puerorum quidem occurrunt in nummis Seleucidarum:

1) Thera III p. 106 et 115; Priene p. 258; Ziebarth op cit.

2) Cf. Pauly-Wiss. s. v. Errhephoroi; A. Mommsen, Feste-Athen p. 107.

3) Dittenb., Syllage<sup>2</sup> no. 523; H.-Bl. p. 74; Grasb. III p. 498; cf. B. C. H. 4 p. 116.

4) Lecuyer, Terres cuites antiques H<sup>4</sup> no. 5.

5) H.-Bl. p. 307, 1; C. R. 72 t. 6, 1; Panofka, Bild. ant. Leb. I, 2.

6) Dar.-Sgl. fig. 4647.

7) Furtw. Antike Gemmen tab. 42, 50, Berl. Geschnitt. Steine 6918. Pictura Herculaniensis eruta est anno 1755, gemmam Winckelmann memoravit in catalogo thesauri Stoschiani. anno 1760 edito; quia Stosch iam anno 1757 mortuus est, gemma vix repetitum esse potest ad exemplum Herculaniense.

8) Quod suadet Heubach p. 22.

Antiochus Hierax conspicitur prorsus puerili specie <sup>1)</sup>; fere infans est is, quem alii Antiochum Seleuci III filium esse arbitrantur paulo post mortuum, alii Antiochum V <sup>2)</sup>; ille alibi non memoratur; huic explicationi obstat, quod vultus Antiochi V in nummo proveciore aetate signato <sup>3)</sup> effigiei nostrae similis non est.

Tempore imperatorio Romae mos puerorum quoque effigies sculpendi vulgatus erat velut puellam talis ludentem effigiem esse putant <sup>4)</sup>; saepissime post mortem fiebat ope formae gypseae in corpore mortuo figuratae <sup>5)</sup>; sic explicatur species tristis et macra, quam saepius praebent statuac <sup>6)</sup>. Lepidissimae imagines puerorum ex familia Caesarum in nummis conspiciuntur; modo soli sunt figurati <sup>7)</sup>, modo una cum parentibus <sup>8)</sup>; eadem ratione familiae minus nobiles in stelis sculptae et in gemma inveniuntur <sup>9)</sup>.

### De morbo et morte.

In medicina antiqua <sup>10)</sup> modo superstitionis partes magnae fuerunt, modo naturalis medendi rationis: de illa vid. supra p. 22 etc.: haec explanatur monumento Iasonis medici, qui pueri stomachum tumidum manu sanat (fig. 34) <sup>11)</sup>.

1) Catal. Hunterian Collect. Glasgow t. 65, 3.

2) Cat. Hunter. t. 67, 1 = Brit. Mus. Cat. t. VIII 1 = Cat. Burlingt. '04 tab. 103 no. 287, J. H. S. 23 p. 111, Droysen, Hellenismus III, 2 p. 121 et 133.

3) Cat. Hunter. t. 67, 2 = Brit. Mus. Cat. t. VIII 2.

4) Berl. Sk. 494, Br. tab. 520.

5) Dar.-Sgl. s. v. Forma pag. 1248; Henri Thédénat, Sur deux masques d'enfants de l'époque romaine, Paris Champion 1886; cf. in corporibus mortuis medicatis, Fayum.

6) Kekulé, 54. Berl. Winck. Progr. '94 fig. pag. 6 et 13; tab.; cf. Berl. Sk. 399--403, 414--416, 420, 429, 442, 399A.

7) Bernoulli, Röm. Ikonographie II 2 tab. numism. V 4 et 5 (Annius Verus natus anno 163, Caesar dictus 166, mortuus annum septimum agens); ibid. no. 10 Commodus annum fere quintum agens: vultus species accurate congruit cum effigiebus aetate proveciore figuratis; ibid. Vol. II 3 tab. numism. IV 9; t. V 17.

8) Bernoulli op. cit. ibid. tab. IV 8 Philippus iunior; cf. Ch. Moreau-Vauthier, Les portraits de l'enfant, Hachette pag. 16 Galla Placidia cum liberis († anno 450), in museo urbis Brescia.

9) W. Altmann, Rom. Grabalt.; Furtw. Ant. Gemm. t. 48, 32 (Saec. III).

10) Dar.-Sgl. s. v. Chirurgia et Medicus; Mon. Piot XIII p. 149; Iw. v. Müller, Gr. Privatalt. § 93.

11) = Brit. Mus. Guide Greek and Roman Life 1908 fig. 190, cf. Dar.-Sgl. f. 4883.



34

esse suspicantur<sup>4)</sup>; temporibus multo recentioribus infantes in iis condebantur<sup>5)</sup>; ipsa expositio, ad quam vas adhibebatur, sepultura erat symbolica<sup>6)</sup>. Confirmatur, quod iam saepius monuimus, mores prisecos in vita puerili

1) Cf. Thera II pag. 83, sep. 7, 9, 21, 27, 83, 85, 96.

Multa sepulcra puerilia Myrinae reperta sunt, cf. Myrina in Indice s. v. Tombe d'enfant et fig. 15; J. Böhlau, Ans ionischen und Italischen Nekropolen '98 p. 37 sep. 13, 21, 36, 37, 40, 44, 45, 48.

2) Hoc non solum valet de infantibus qui nondum dentierant, cf. Ant. Zannoni, Gli scavi della Certosa di Bologna 1876, Plin. Nat. Hist. VII 15; Dar. Sgl. s. v. Funus p. 1378; H.-Bl. p. 374, 6.

3) Fr. Poulsen, Die Dipylongräber pag. 25; Böhlau op. cit. pag. 20; J. Zehetmayer, Leichenverbrennung und Leichenbestattung im alten Hellas Leipz. '07, in capite sepulcra Eleusinia tractante.

4) Cf. pithus ex Yortan in museo Bonnensi; Ath. Mitt. '93, pag. 133 sep. 19 pithus in quo ossa adulti inventa sunt; cf. p. 99.

5) Watzinger, Holzarkoph. Zeit. Alex. d. Gr.; Mon. Antichi Lincoi XVII, p. 242—4, sep. 5 et 425 (Necropoli arcaiche); Zehetmayer op. cit. p. 6.

6) Aristoph. Ran. 1190; Poulsen op. cit. p. 47, Dar. Sgl. s. v. Expositio adn. 75.

tenacitate vigere, quod fortasse matribus debetur. Si vero recte arbitrantur mortuos eo consilio combustos esse, ut toti evanescerent neve ex inferis ascendere possent vivos nocituri, non miramur idem in infantibus innoxiiis non observatum esse. E contrario infantes interdum sacrificabantur, quia animae eorum qui mature mortui sunt (*ζαῖροι*) in magica multum valebant. Temporibus antiquissimis Romae sacrificia tam adultorum quam puerorum nihil insoliti habebant: quod tempore imperatorio clam fiebat<sup>1)</sup>.

Sepeliri omnibus commune erat tempore, quo coctus est sarcophagus Clazomenicus (fig. 35<sup>2)</sup>, attendendum est ornamenta picta recens addita esse: proprie nativo erat colore rubro). Sarcophagi huius generis maiores non nisi refracti et pro parte in musea nostra pervenire solent: itaque operae pretium est hunc accuratius investigare. Opinio est communis mortuos ante funus aliquandiu expositos esse in his sarcophagis erectis: revera sarcophagus noster ita formatus est, ut latere infimo positus multo minus inclinatus sit et firmiore statu utatur quam si in latere dextro



35

1) Furtw. Ant. Gemmen tab. 25,7, cf. pag. 230 et 260; Roscher II p. 253 l. 58. De animis infantium cf. Verg. Aen. VI. 427.

2) In museo Bonnensi, alt. 77 c.M. V. cf. Loescheke benigne permisit, ut publicarem.

vel sinistro vel summo positus est; ergo figulus usus illius rationem habuit. Ornamenta genuina, vulgata ratione picta, inveniuntur in sarcophagis Clazomenicis parvae mensurae: sunt autem lineae sinuosae et maeandri (in mus. Lugduno-Batavo, vid. adn. 1).

Alii sarcophagi formam praebent solii sive pelvis <sup>1)</sup>.

Funus infantis est in lecytho alba: oculos claudere pictor neglexit <sup>2)</sup>. In parietibus ipsius domus Aeginae conditi erant infantes <sup>3)</sup>. Interdum prope parentes sepulti sunt <sup>4)</sup>. Inter ea, quae funeris infantilis propria sunt, memorandum in aliis regionibus infantibus praesertim dona data esse cum sepelirentur, quae in adultorum sepulcris desiderantur, in aliis regionibus adulti large donati sunt, infantes vix aut ne vix quidem <sup>5)</sup>.

Cura pia parentum explanatur eo, quod in sepulcro puerili pyxis reperta est, in qua ossicula avis erant condita, quae olim pueri sive puellae comes fuerat fidelis <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Ath. Mitt. '93, p. 163; Stack. t. 3 = Schreiber t. 96,6; Myrina fig. 14; Mon. Antichi Lincei XVII, sep. 22 (Necropoli arcaiche); nihil insoliti forma habet sarcophagorum Gerh. A. B. t. 65; Amelung, Cat. Sculpt. Vatic. Nr. 497A t. 68; Myrina fig. 13; mus. Lugduno-Batavi Cat. '05 X No. 4 et 5; Böhlau op cit. p. 37 sep. 13.


<sup>2)</sup> Berl. V. 2447, J. H. S. 15, pag. 328 fig.; puella mortua Jahrb. '98 Anz. p. 138 No. 45.

<sup>3)</sup> Dragendorff, Thera II p. 85 adn. 15.

<sup>4)</sup> Böhlau op cit. pag. 17 et 37 sep. 13.

<sup>5)</sup> Böhlau op. cit. p. 20; Poulsen p. 24 adn. 2; Ath. Mitt. 28 p. 266.

<sup>6)</sup> Ath. Mitt. '93 p. 175 sep. No. 168; item sep. t. 6,2 No. 6.



36

### De pubertate et adolescentia ineunte.

Vis pubertatis in pueros antiquos regionis meridionalis vehementius irruerat quam hodie apud nos, certe minus occulte, quia religio et mores parum reprimere studebant. Cylinx (Peithini?) exhibet pueros, qui paulo ante pueriliter ludebant: terrore percussi fugiunt Amore conspecto (fig. 36<sup>1)</sup>). Imago in memoriam revocat versus Sophoclis

*Ἔρως ἰώλαχτε μάχην, Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτει; . . .*

et Euripidis: *ἑλέγει δ' Ἔρως, ὃ μαυρομένον κραδίον*

*παυδὸς ἐφορμάσῃ χρυσοφάγῃ; . . .* quamvis multo ante eorum aetatem

picta<sup>2)</sup>). Obiter commemoranda esse videtur explicatio in mores antiquos apte quadrans, qua hic figuratus esse putatur amor alterius generis antiquitus vulgati, qui formosissimo quoque puero molestissimus erat ita ut parentes vix sinerent filios sine paedagogo domo exire. Qui amor in palaestra, quae in

<sup>1)</sup> Hartwig tab. 27, Berl. Inv. 3168. Amorem alii novacula armatum esse putant (de cuius forma cf. Dar.-Sgl. s. v.), cf. Catull. 61, 134, alii sandalio, Furtwängler, Jahrb. '91 Anz. p. 118, Hartwig l. c.; cf. Heyd. 3. Hall. Winck. Progr. tab. I 5, p. 58.

<sup>2)</sup> Soph. Antig. 781; Eurip. Hippol. 1274.



37

nuptias faciebant, quod antiquitus nuper adultae nubere solebant<sup>1)</sup>: pupas, vestimenta (ex. gr. Romae togam praetextam)<sup>2)</sup>, vittam dedicabant nec non cingulum vel zonam, virginis castae propriam, quam nupturae Dianae *Ασπιζέζα* consecrabant<sup>3)</sup>: Iecyflus, quae hoc exhibet, (fig. 37<sup>4)</sup>, aptissima erat, ut novae nuptiae daretur (vid. sup. p. 36).

1) Furtwangler, Roscher s.v. Eros col. 1353.

2) A. Mommsen, Philol. 58<sup>300</sup> pag. 345.

3) Anthol. Pal. VI 309.

4) Anthol. Pal. VI 280.

5) Marquardt p. 42. cf. p. 122.

6) Hesych. et Suid. s.v. Sane attendendum est Dianam Lysizonum in testimoniis antiquioribus similem esse Lucinae, quam invocent parturientes et cui puerperae zonam dedicent (Theocrit. 17. 60; Anth. Pal. VI 274; Hymn. Orph. 36, 5; Schol. Appollon Rhod. I 288 Roscher s.v. Lysizonus.) Quæri potest annon ea, quae ad hanc caerimoniam pertineant, a lexicographis confusa sint cum locutione HomERICA zonam virginis solvere. Imago fig. 37 lucem non præbet.

7) Monum. Antichi Lincei XVII tab. 8.

altera parte cyclicis significata est, maxime floruit. Cui explicatione favet, quod pictores cyclicum Amorem delineantes plerumque studium virorum erga pueros significabant<sup>1)</sup>.

Puellas, quae primum menstruorum fluxum patiantur, Dianae Brauroniae *ἄρξος* consecrare, (quod memorant inscriptiones Atticae) viri docti coniecerunt<sup>2)</sup>.

De caerimonia capilli consecrandi incunte adolescentia fuse egimus (cap. II); praeter comam multa dedicabant, quibus pueri delectati erant<sup>3)</sup>. Cum hac caerimonia iuvenum ea comparanda sunt quae virgines ante